

cum Gallici nardi radice vna, cyathis aquæ sex. Menses priuatim cū melle sumptum & vellere appositum. Anginis subuenit cum melle & nitro. Epinyctidas ex aqua sanat. Vulnera recentia, priusquam aqua tangantur, impositū. Præterea capitis vlcera. Peculiariter ilibus imponitur cum Cypria cera, aut cum fico. Sanat & pruritus. Non est dandum in febris. Nauseas maris arcet in nauigationibus potum. Somnos allicit olfactum aut inscio sub capite positum. Inguinū tumorem in ventrali habitū discutit. Capillum denigrat cinis vnguento rosaceo permistus. Absinthiū vestibus insertū tineas arcet. Culices ex oleo perunctis abigit, & fumo si vratur. Atramentū librarium diluto eius temperatū literas à musculis tuetur. Marinum, quod quidam vocant seriphiū, stomacho inimicum est, aluum mollit, pellit interaneorum animalia. Bibitur cum oleo & sale aut in farina trimestris sorbitione dilutum. Coquitur quantum manus capiat in aquæ sextario ad dimidias. Decoctum cum oryza lumbricos, tineasq; rotūdas necat. Cum melle aluum mollit. Eadem potest additum obsonijs, aut in lenticula decoctum. Largissimè in Cappadocia prouenit & Tauro mōte. Probatissimum Taposyri Aegypti. Santonicum pares cum seriphio effectus habet. Vinum quod ex absinthio, præsertim Pontico, Græcis factitatur, præcordiorū, & iocineris dolores finit, cruditates stomachi & molestias eiusdē persanat, quæ in interaneis aluntur animalia depellit. Tusæ Pontici absinthij drachmæ octo, & linteo raro ligatæ, in amphoram vini conijciuntur. Mustum deinde mittitur relicto vno vasis spiraculo ne efferuescens foras exiliat.

¶ Mel.

Cap. XXI.

Mel, Græcis meli, venit hoc ex aëre Vergiliarum exortu, vel sydere Sirio splendente, sublucanis tēporibus, siue ille sit cæli sudor, siue syderū salua, siue purgantis se aëris succus, siue aquæ sit liquor, siue naturæ, cum prima aurora locis, quibus prouenire solet, folia arborum herbarūmq; melle roscida inueniuntur: & si qui matutino sub diuo fuere, vnctas hoc liquore vestes capillūmq; cōcretum sentiunt. Hoc tanquā ros è cælo cadens dum venit, obuioterræ halitu concrecens in mellitos callos coit, qui arboribus & herbis & interdum lapidibus inuenitur hære. Galenus in folijs inquit stirpiū adnascitur quipiam, quod nec eorum succus, nec fructus, nec pars existimari possit, sed rorulentum quiddam, nec tamen continenter nec copiose nasci solet. Nec me fugit per æstatem in arborum, fructuum, herbarūque folijs plurimum coisse, ita vt à collætantibus hoc successu rusticis Iupiter diceretur melle pluuisse. Præcesserat tum nox frigidior, pridie calida siccaq; cæli conditio diluxerat. Quapropter inter rerum naturæ peritos conueniebat, halitus, quos terra vel aqua prospirasset, extenuatos & excoctos, nocturni frigoris beneficio coaluisse. Id in regione nostrā, ait Galenus, rarius euenit, in Libano monte quotannis, adeo vt extensis pellibus arbores succutiant, receptoq; quod prolabitur, ollas & fictilia cōpleant, priuatōq; nomine vocant drosomeli, id est roscidum mel, & etiā aëromeli, hoc est aëriū mel. hæc Galenus. Sic duo mellis fastigia statuuntur, aërij, siue roscidi, quod suprā manna à barbaris vocari in casia fistularis mentione docuimus, & alterius ab apibus elaborati. Siquidem is mellitus succus fronde ac pabu

lis potus, & in ventriculos congestus apum, ore reuomitur: succo florū corru-
 ptus, & alueis maceratus, totiēsq; mutatus, magnam tamen cælestis naturæ vo-
 luptatē adfert. Est autē initio mel vt aqua dilutū, & primis diebus feruet vt mu-
 sta, seq; purgat. Vigesimo die crassescit, mox obducitur tenui membrana, qua
 feruoris ipsius spuma concrefcit. Sorbetur optimum & minime fronde infectū
 è quercus, tiliæ, arundinū folijs. In quocunq; tamen tractu terna sunt mellis ge-
 nera. Verum, ex floribus constructo fauo, quod ideo vocatur anthinū. hoc qui-
 dem attingi vetant, vt largo alimento valida exeat soboles. Alterum genus est
 mellis æstiuū, quod vocatur horæon, à tēpestiuitate præcipua, ipso Sirio explen-
 descende post Solstitiū. Nam exortū syderis, si ros tepescat solis radijs, medica-
 10
 menta non mella gignuntur, oculis, vlceribus, internisq; visceribus dona cæle-
 stia. Nec alia suauitas v sūsq; mortaliū malis à morte vocandis, quàm diuini ne-
 ctaris sit. Tertiū genus mellis minime probatū, syluestre, quod ericæum vocāt,
 conuehitur post primos autumnū imbres, cum erice sola floret in syluis, ob id
 arenoso simile. Gignitur maximè Arcturi exortu. Aestiuū omne rutilū, vt die-
 15
 bus confectum siccioribus. Aptissimum æstimatione è thymo, coloris aurei, sa-
 poris gratissimi, cū sit palàm doliolis pingue, marino è rore spissum. Quod con-
 crefcit autē, hoc minime laudatur. Thymosum non coit, & tactu prætenua fi-
 la mittit, quod primum grauitatis argumentum est. Abrumpi statim & resiliere
 guttas, vtilitatis indicium habetur. Sequens probatio, vt sit odoratum & dulce,
 20
 glutinosum, perlucidum. Natum in Carnia Cretæ monte vel muscæ nō attingunt,
 propterea medicamentis eligitur. Varro Siculum præfert omnibus, quod
 ibi thymum bonum frequēsq; sit, quo ad mellificiū nihil est præstantius. Stra-
 bo è Cycladibus & inter Cycladas Calyminū anteponebat omnibus. Natura mel-
 25
 lis ea est, vt vitia coerceat, ne serpere vltra patiat. Quamobcausam vel exani-
 mum corpus hominis per annos plurimos innoxii cōseruat. Diophanes Attico
 palmā dedit, præsertim ex Hymeto monte. Secundam authoritatē tribuit huic
 quod ex insulis petitur Cycladibus, & Sicilia, quod simblium vocant. Maxime
 laudatur pellucens, subrutilum, tactu læue, prætenua fila mittens, atq; validum:
 & cum trahitur neq; abrumptibus se neq; resiliens guttis, sed digitū ver-
 30
 fus, quasi reciprocantibus, odore suauis. Porrò cum mel omne tēporis spatio re-
 ficcetur, Atticum manet humectum. Mel improbius coctione melius reddetur.
 Optimū præcipit edendum crudum. Nanq; non vescentibus modo suaue sen-
 titur, sed facilem & nitidam vtentibus protrahit vitam, caducāmq; firmat sene-
 ctam. Nam qui senes etiam nihil ad panē adhibent præter mel, diutissimè & vi-
 35
 uunt & sensuum integritatē vigorēmq; animi & corporis custodiūt, ita vt me-
 rito longæuam ætatem mellis nutritui referre debeant acceptam. Democritus
 femel interrogatus quonam pacto & inoffensa valetudine homines, & longiore
 æuo vitam prorogarent, respondit, Si externa oleo, interna melle delinātur. Sed
 mel quod intingitur syncerum, & omnis expers fraudis esse conuenit. Mellis in-
 40
 uentionem Plinius & Diodorus Aristeo Atheniensi assignant. Quintus Curtius
 arbores in Hircania cōspici, quarum folia multo melle tingātur. Faciem quercus
 habere tradit, ac nisi solis ortum incolæ præuerterint, fore vel vt medio tempo-
 re succus is extinguatur. Mel in Sardinia progenitum virus habet, quod mirum
 est, cum nullū animal homini pestiferum in ea insula nasci perhibeatur. Nec verò
 45

mel Sardoum, sed Colchicū infame traditur amaritudine. Sunt & alia mellis fa-
 stigia, quæ mox subiunget dissertatio. Mel Heracleoticū, siue Ponticū, ex her-
 ba fieri candida commemorant, quæ ægolethros vocetur, quia pernicies iumen-
 torum sit, præcipuè caprarum. Non sentitur omnibus annis hoc malum, nec ni-
 si cum flos ille marcescit aquoso vere. Signa venenati sunt nunquam densari,
 color magis rutilus, & quòd ponderosius est quàm probū. Qui gustauere, abij-
 ciunt se humi refrigerationē quærentes. Exitium per excremēta ad canes quoq;
 peruenit, similitérq; torquet eos. Mulsum tamen ex hoc melle inueteratum de-
 finit esse perniciosum. Aliud etiam genus mellis in eodem Ponti situ, manicon
 siue mænomenon appellant, ab insania quam facit, existimatū rhododendri flore
 10 contrahi, quo scatent syluæ. Tradit Dioscorides Heracleæ in Ponto ex annona
 mellis quibusdam annis perniciosissimū, flore quarundam herbarum contracta
 nocendi proprietate. Qui edere, tentantur excessu mentis, & diffluunt sudore.
 In remedio falfamenta, mulsum, & ruta, si reijciantur crebro sumpta. Venena-
 15 ti notæ sunt, odor acer & alienus, sternutamentaq; protinus mouens. Mellis ip-
 sius probi talis natura est, vt putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atq;
 nō aspero, alia quàm salis natura. Faucibus, anginæ, tonsillis, omnibúsq; oris de-
 siderijs vtilissimum, arescentiq; in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis,
 pleuriticis decoctum: item vulneribus, à serpente percussis, & contra venena fun-
 20 gorum, vel auribus instillatum cum rosaceo prodest. Lenēs & fœda capitis ani-
 malia necat. Vsus despumati semper aptior, stomachum tamen inflat, bilem au-
 get, fastidium creat. Oculis per se inutile aliqui arbitrantur, rursus quidam an-
 gulos exulceratos melle tangi suadent. Sunt & nō paruæ mulsæ dotes, quæ per-
 noscere volentibus, in mellis operibus tractari debent. Duo eius genera, subitæ
 25 & recentis, alterum inueteratæ. Repentina despumato melle præclaram habet
 vtilitatem cibo ægrotantium leui viribus recreandis, stomachoq; mulcendo, ar-
 dore refrigerando, frigidam enim vtilius dari ventri molliendo. Inuenit & Pli-
 nius apud authores hunc potum bibendum alsiosis, item animi humilis, & præ-
 parci, quos Græci dixere micropsychos. Lenit transitum spiritus, & molliores
 30 facit meatus: etenim asperitas animi dulciore succo mitigatur, quemadmodum
 & impetus animi cibo mollitur. Aqua mulsæ tussietibus vtilis traditur. Calfacta
 incitat vomitiones. Contra venenum cerusæ salutaris, item contra hyoscyamū
 cum lacte maxime asinino. Infunditur & genitalium fistulis. Vuluis imponitur
 cū pane molli, subitis tumoribus, luxatis, leniendísq; omnibus. Inueteratæ vsum
 35 damnauere posteri, minus innocentē aqua, minúsq; vino firmum. Longa tamē
 vetustate transit in vinū, vt constat inter omnes, stomacho inutilissimū neruísq;
 contrarium. Apomelitis conficiendi ratio ab Aëtio traditur, À fauis niueo can-
 dore splendentibus mel pellucidum manibus exprimitur. Optima fontis aqua
 permiscetur. Si quod districtum manauit melle crassius apparebit, quaternas a-
 40 quæ partes ad mellis singulas adiecisse satis est: sin liquidius profluxit, ternas. Si
 aridiores sint faui, dissecantur & manibus subacti distringuntur. hæc in olla ficti-
 li, in qua prius inferbuerit aqua, vt terrestris eluatur sordes, igni decoquūtur nul-
 lum fumū eiaculante, deterfa iugiter spuma, quæ vel summatim enatat, vel fau-
 cibus obhæret. At vbi septima vel octaua pars modi totius euanuerit absum-
 45 pta, reliqua refrigerari perfectè finitur, vinariáq; cella reconditur. Apomeli de-

terget, digerit, aluo biliosum humorem excernit, vrinas ciet. Aduersatur calidi-
 oribus & siccioribus naturis. Damnatur in calidis valetudinibus, & præcordijs
 inflamationem sentientibus, sitim tamen nec excitat nec extinguit. Dari debet
 ante sorbitiunculas, nanq; cibis intermistum noxam infert. Cera fit expressis fa-
 uis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni,
 nouo fictili aqua fauos tegente, tum sporta collatis. Rursus in eadem olla coqui-
 tur cera cum eadem aqua, excipiturq; alia frigida vasis melle circumlitis. Opti-
 ma quæ Punica vocatur. Plurimum habet propolis Cretica, ideóq; locú secun-
 dum in nationibus obtinuit. Tertium Corsica, quoniam ex buxo cõstet, & me-
 dicaminis vim referat. Candidam ceram nihil aliud esse video, quàm Punicam
 fieri. hæc medicinis vtilissima. Varios in colores pigmentis cera trahitur. Nigre-
 scit addito chartarum cinere, anchusa mista rubet. Omnis cera mollit, calfacit,
 explet corpora. Recens melior, datur in sorbitione dysentericis. Aduersatur la-
 etis naturæ, ac milij magnitudine decẽ grana ceræ hausta non patiuntur coagu-
 lari lac in stomacho. Si inguen tumeat, albam cerã in pube fixisse remedio est.
 Optima Dioscoridi colore fuluo, suppinguis, odorata, & modicè referens hali-
 tum mellis, & pura, natione autẽ Pontica vel Cretica. Proximus locus exalbidæ,
 cui naturale sit id, nec quæsitus arte candor, præpinguis. Propolis eligenda quæ
 flauescat, odorata, styracemq; præferens; item quæ in præarido lentescat, & su-
 bigi facilis, mittatq; fila cum trahatur mastiches modo. Prima propolis alueorũ
 aculeos & omnia corpori infixã extrahit, tubera discutit, dolores neruorum mul-
 cet, vlcera iam desperantia cicatrice concludit. Nec me præterit Scriboniũ Lar-
 gum propolim, ceram appellasse virgineam. Hanc apes faciunt ad foramen in-
 troitus protectũ æstate, vt inquit Varro. Alia ab Rithace vocata, qua fauos ex-
 tremos simul glutinant. Interdum extra fores aluei obturant omnia quã venit
 inter fauos spiritus.

¶ Saccharum.

Cap. XXII.



Saccharum Græci sachar vocant. Id, vt Plinius tradit, Arabia
 fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus colle-
 ctum gummiũ modo, candidum, dentibus fragile. Amplif-
 simũ sua ætate nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tan-
 tum vsum. Saccharũ cõcreti mellis genus est Dioscoridi, quod
 in India prouenit & Arabia, quæ Felix cognominatur, in arun-
 dinibus tantũ, & salis modo concretum, dentibus fragile, ventri & stomacho cõ-
 modum si soluatur aqua & bibatur. Vitiatæ prodest vesicæ, renibũsq;. Oculorũ
 caligines illitu discutit. Arianus mel calaminũ appellat, id est arundinaceũ. Ra-
 rum fuit nec planè cognitum Galeni seculo, nũc instrumentũ habetur vitæ ni-
 tidioris, nullũmq; magnificum epulum, iam ne quotidianus quidem victus, sine
 saccharo placet. Nũc popularis ortus in Aegypto, Cypro, Rhodo, Creta. In Ita-
 lia quoq; vt audio nascitur. Digeritur in grandes pastillos, effingitur in turbina-
 tas placentas, sæpius cogitur in metas. In omnem profecto figuram saccharum
 componitur, nec aliter quàm farina: trahiturq; etiam in picturas operæ historia-
 li, venatus, classes, oppida, & quascunq; rerum offerri libeat imagines repræsen-
 tans. Nulla non forma introferri solitum conuiujs, & ad principia eorum & ad

secundas quoque mensas, unde natum sit adagium, Nullum ferculum corrup-
pi saccharo. Plinij temporibus amplissimum, nucis auellanæ magnitudine dun-
taxat venerat in vsum, nunc tã promiscuũ ferè vt desinat prodesse, multis obsit,
pueris certe vermes & tineas creat. Nulla sunt tam blanda fercula, quorũ gratia
non exoleſcat vsu continuo. Varronis hac de re versus,

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,

Illius & lentis premitur radicibus humor,

Dulcia cui nequeant suæco contendere mella.

Strabo quoq; non ex ipsis tantum arundinibus, sed & radicibus quoq; mel ex-
primi cõmemorat in India. Nunc ex Alexandria Aegypti & Cypro cõmenda-
tissimũ. Melius quo vetustius, quanq̃ calidius & capiti ferè nocens. Dilutũ aqua
refrigerandi vim cõcipit, præsertim ter coctũ. Primo excoquunt arundinẽ, dein-
de flaua pars secernitur, hanc saccharũ existere. Hoc iterũ coqui potest, atq; ita
fit candidius & cõcretius. Quod si tertio coquatur, maximũ & candorẽ & den-
sitatẽ contrahet. Quartũ aut quintũ solet excoqui, & donec specie aluminis scis-
silibus trãfluat. Hoc genus alij candidũ, alij cantiuũ cognominant. Vænale porrò
saccharũ in dupondianos panes metæ effigie diuiditur. Cypriũ non coibat, nunc
dẽsatur tãto inuẽtoris quæstu, vt inde locupletissimus euaserit. Nec magnopere
priedẽ inuentũ puto vt amygdalas, pineos nucleos, pistacia, citriũ, cinamomũ, co-
riandrũ, foeniculũ, anisum, ductili tunicarũ facilitate cõtegat, circumdatũ modo
corticis crassitudine, modo cutis tenuitate vestiẽs. Dulciaria ex amygdalis, & nu-
cleis pineis cõdebat antiquitas, sed cũ melle vt est apud Paulũ. Cæterũ primus, vt
reor, medicorũ Actuarius in cõpositionibus suis mellis vsum trãstulit ad saccha-
rũ, vt voluptati laboratiũ hac in parte subscriberet, quãdo fastidiosum atq; mo-
rosum ægrotãtis palatũ nihil non ferè respuit, cui saccharũ sua dulcedine grata
lætius eblãditur. Quapropter is author permulta cõdidit medicamẽta quæ sac-
chari misturã statim ipsa fronte fatẽtur, vt iosacchar, nymphæosacchar, oxosac-
char, quæ ex violis, quæ ex nymphæa, & quæ ex aceto & saccharo cõstruuntur.
Saccharũ vt recẽtiores græci memoriẽ prodiderunt, calidum & humidũ est ab-
scessu primo, Deterget, discutit mellis modo. Neq; tamẽ sitim inuitat, neq; sto-
machũ morſu laceſsit. Ventrẽ ad excretionem stimulat. Pectori, vesicæ, renibus
prodest. Errãt medici qui refrigerare saccharum existimẽt, siquidem in calidiori
ventre in bilem verti, & prorsus trãfire compertum est. Præfertur vetus recẽti,
quanuis plus excalfaciat, ac magis partium tenuitate polleat, sed capitis dolo-
rem mouet. Aqua dilutum refrigerat, sibiq; argentem aquæ naturam adsciscit.
Olfactu vel suffitu defluxiones, quæ à capite decumbunt, arcet.

¶ Abrotonum.

Cap. XXIII.

Abrotonum immortalis coma viret: quãquam & aliosum sit, &
morbis obnoxium elanguescat, cacumine suo se propagat. Theo-
phrastus radice vel euulso ramulo potius quã semine germina-
re prodidit. Plinius contrã, feri semine melius quã radice aut
surculo memorat. Subdidit ille semine difficulter abrotonũ ex-
ire, prius in testis viuiradicis gratia deposito, quemadmodũ A-
donidis hortulos emoliuntur, & nõ sine negotio in plantaria transferri sic ado-
nium. Quare facile quis viderit inuersam Plinij lectionem, quẽ melius cũ Theo-
ph.

phraſto quadrabit, ſi ſcribatur, ſeritur autem radice melius aut furculo quàm femine. Alſioſum admodum eſt, frigúſq; multum reformidat, ac ſole nimio læditur. Vbi conualuit, vti ruta fruticat, robuſtú, ſed furculoſius, ſqualidiúſq;. Sed hæc Theophraſti verba, quæ Plinius aliquanto breuiuſcule Latino reddidit ſermoni, ſatis indicant librariorú errorem, qui pro vti ruta, lubrico ſatis lapſu, vitis ritu ſcriptitarunt. Nanq; cum vegetum creuerit, rutæ modo non vitis arboreſcere cõſpicitur. Floret æſtate cum fraxino, iucundo odore, ſed graui. Radix eius vna, quæ altè descendit lignoſa, cæteris in ſummo terræ leniter hærentibus. Abrotonum ſpiſſitudine acoréq; ſuo ſeruari aliquandiu poteſt hederæ modo. Sed mirari licet, cum calida dote præditum ſit, quæ apricationem horreat, & illuſtrata ſole loca perſequatur. Rationem huius in infirmitate Theophraſtus collocauit, viribus enim tam contra frigus, quàm aduerſus æſtum deficitur. Abrotonum duorum traditur generú, campeſtre, ac montanum, quo pubeſcere montes Nicander cecinit in theriacis. Hoc fœminam, illud marem intelligút. Amariſtudo abſinthij in vtroq;. Fœmina Dioſcoridi quadam arboris ſpecie fruticat, candicantibus circum ramulos folijs, minutatim marini abſinthij modo conciſis, copioſo flore, in ſaſtigio comãtib; auri fulgore corymbis. Floret æſtate, iucundi cum grauitate quadam odoris, guſtu amaro. tale Siculum eſt. Alterú, quomãſ comprehenditur, ſarmentoſum, gracili femine. Galli nunc vocant Latinos imitati, extritis duabus literis, *auronum*, aliqui *veſtiarium cuſtodem*, quòd armarijs ſparſum veſtes à tincis vindicet. Nanque ab ſtirpe rutacea prodit, marathri folio, breuiori, caneſcente, luteolo flore, copioſo, velut corymbis in cacumine congeſtim dependentibus, cum grauitate quadam ſuauiſer olentibus, ſimplici radice, in altum descendente. Fœminæ ſexu facile crediderim intelligi, quod vulgus noſtrum *cypreſſum* appellat, quoniam in arbuſculam fruticat, albicans, folijs ſeriphij abſinthij modo ſciſſis, ramulos circundantibus copioſo flore, comantibus quibuſdam in ſummo auri fulgore corymbis, odore cum ſuauiſer quadam violento, guſtu amaro. Quid adonium ſit Plinio, ſatis Theophraſti verbis poteſt colligi, id eſſe abrotoni genus quod in turbinibus cadorum aut teſta viuiradice comprehendit, in quem modum Adonidis hortulos pangebant. Nam cum vacuum quoddam ſponte proueniret, alterius meminit, cuius femine non ſine negotio plantaria transferantur, ſicut adonium. Vtrunque æſtate, alſioſa enim admodum ſunt, & ſole nimio lædútur: mallémque legere ſicut, quam, ſic. Et ne quis adonium aliud eſſe ab abrotono credat, quemadmodum qui florem cruore interempti ab apro Myrrhæ filij Adonidis enatú arbitrantur, adonium dici. Nempe Naſoni Metamorphoſeon decimi libri calce purpureus flos redditur, qui bullæ modo caduca leuitate confeſtim euaneſcat, ita canenti,

- „ Nec plena longior hora,
- „ Facta mora eſt, cum flos de ſanguine concolor ortus,
- „ Qualem quæ lento celant ſub cortice granum
- „ Punica ferre ſolent, breuis eſt tamen vſus in illo.
- „ Nanq; male hærentem & nimia leuitate caducum
- „ Excutiunt ijdem, qui perflant omnia, venti.

Quippe cum florem, vti ſuprà docuimus, Adonidis cruore genitum, anemonen dici Nicander ſit author, quod & Theocritus in bucolicis cõfirmat. Horum iu-

dicio subscribit Ouidius, qui fugacem purpureumq; florem tradidit vento perflante succuti, alludens ad anemonæ nomen, quæ non nisi spirante vel concussiente vento panditur. Qui chamæcyparissum existimant esse, quem vulgus ab odore formæque foliorum eiusdem nomenclaturæ arboris, *cypressum* appellat, falluntur: nam etsi coactæ sit breuitatis, & velut arboris cuiusdam abortus, non tamen in genere pumilionum sedem inuenit, nec in arborum, sed fruticum censu constat haberi. Huc facit quòd nihil apud classicum authorem de chamæcypresso leges. Ad alterum igitur abrotoni sexum melius fuerit referre, cum nulla videatur deliniationis nota repugnare. Scio tamen Plinium herbam chamæcyparissum tradidisse, quæ ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumq; polleat, sed qualis sit nõ explicat. Semen feruefactum & crudum tritum cum aqua bibitur orthopnoicis, coxendicibus, ruptis, cõuulsis, urinæ angustijs, mulierum mensibus si subsidant. Contra venena potum in vino antidotum est. Prodest argentibus illitum cum oleo. In cubili stratum & suffitum serpentes fugat, aduersumq; ictus eorum cum vino, peculiariter scorpionum, phalangiorumq; sumitur. Oculorum inflammationibus vtiliter illinitur cum pane, & cotoneo. Tritum cum farina hordeacea decoctumq; tubercula discutit. Admiscetur irino vnguento. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. Vfus est & folijs, sed maior semine ad calfaciendum. ideo neruis vtile, tussi, orthopnoicis, urinæ, torminibus, conuulsis, ruptis, lumbis. Datur bibendum manualibus fasciculis decoctis ad ternas partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & semẽ tritum in aqua, drachmæ pondere. Prodest & vuluæ. Cõcoquit panos cum farina hordeacea, & oculorum inflammationibus illinitur cotoneo malo concocto. Serpentes fugat. Contra ictus eorum bibitur in vino illiniturq;. Efficacissimum contra ea quorum veneno tremores & frigus accidunt, vt scorpionum & phalangiorum, & contra alia venena. Prodest quoquomodo argentibus, & ad extrahenda ea quæ inhaerent corporibus. Pellit interaneorum mala. Ramo eius si subijciatur puluino venerem stimulari tradunt, efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeat.

Hyssopum. Stæchas. Cap. XXIIII.

HYSSOPUM hortensis herba est hoc nomine Gallis nota in condimentario vfu, pedali altitudine, fruticosa, folio cunilæ, floribus purpureis, thyrsos spicæ modo vestientibus. Duplex Dioscoridi, hortense & montanum. Colitur in hortis etiam culinarum causa, nam est quibusdam esculentis aptissimum. Locum neque pingue neque stercoreatum sed apricum desiderat. Hoc & semine & plantis circa æquinoctium vernum feritur. quæ vbi comprehenderunt, viuaciores sunt, quæ vt hyemem sequentem reformident. Hyssopum præfertur Hippocrati Cilicium, sed è Tauro monte: dein Pamphylium & Smyrnam. Calidum esse tradit idem author, sed pituitosum, quod intelligi puto quod pituitam trahat & digerat. Est autem optimum Cilicium è Tauro monte, dein Pamphylium, Smyrnam stomacho contrarium. Purgat cum fico sumptum per inferna, cum melle vomitionibus. Serpenti ictibus aduersatur tritum cum melle, sale, & cumino. Anginæ medetur cum vino decoctum & gargarissatum. Hyssopi manipulus decoctus ad tertias cum sale pituitas trahit, vel contritus cum

oxymelite & fale, pellitq; v̄tris animalia. Hyssopi quinq; rami cū duobus rutæ & ficis tribus thoracē purgant. Eiusdem fasciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tussim. Hyssopum cum oleo contritū phtiriasi resistit, & prurigini in capite. Idem ad suspiria bibitur. Faciles præstat vomitiones tritum cum melle, vtilius præsumpto nasturtio aut irione. Pleuriticis & peripneumonicis bibitur. Cum fico potum lieni prodest. Collectiones inflammationesq; sanat è vino impositum. Ad vlcera manātia efficax est, suffocationes laxat. Hyssopi bacca ter-næ contritæ in aqua potæ diebus sexdecim, comitiales sanant. Eadem bacca cū aqua potæ regio morbo medetur. Quadrupedum scabiem sanat hyssopum ex oleo fotum. Ciliciū Dioscorides præfert. est calfactorij ordinis & extenuatorij. Decoctū cum aqua, melle, fico, ruta prodest peripneumonicis, tussibus vetustis, suspirio, distillationibus, orthopnoæ. tineas in aluo necat. Idē effectus lincto cū melle. Decoctū eius cum aceto mulso sumptū lentitiam pituitæ crassitudinesq; exigit per inferna. Estur cū ficis viridibus tritis ad aluū emolliendam: vehementius cardamomo, aut iride, aut irione adiectis eam deijcit. Colorem bonum vescentibus præbet. Cum fico & nitro illinitur ad lienem, ad aquā intercutem, ad inflammationes cū vino. Hyssopo cum aqua feruēti fugillata emendantur. Vtilissimè in angina cum decocto ficorum gargarissatur. Decoctū cum aceto dentium dolorē collutione mitigat. Inflationes auriū vaporis suffitu discutit. Stœchas nascitur in Gallia ex aduerso Massiliæ, in insulis à quibus gentilitiam appellationem declinauit, tenuibus cirrulis, coma hyssopi, sed longioribus folijs, subamaro gustu & aliquantū acri. Plinius stœchadem in insulis tantum eiusdem nominis gigni commemorat, odoratam herbam, coma hyssopi, amaram gustu. Hanc hodie vocant imperiti *sticados citrinum*. nanq; frutex ostenditur surculosus, odoratus, ramulis exilibus, folio hyssopi, gustu amaro, semine minuto, capitulis luteolis, ex concoloribus flosculis compactis, quare *citrinum* vocarūt. Obseruauerunt Arabæ factionis authores alterum stœchados genus caule sesquipedali, pallido, coma tenui, oblonga, spica sterili, quod suo gentili cognomento Arabicum vocauerunt, eiusdem cuius & Gallicum effectus. Decoctum ciet vrinas & menses. Pectoris leuat dolores. Iocineris infarcti lienisque vitia laxat, & eorundem reserat obstructions. Colicos sedat cruciatus. Galenus, Dioscorides, Plinius, Paulus, vnus tantum meminerunt. Ex eisdem locis ad nos deferuntur. Suspicor Arabicam ferè stœchadem inter origani genera comprehendī sub onitide, eratq; cognata, vel certè eadē, candido folio, hyssopóq; cōsimili, partu minutulis corymbis cōfercto. Nec est simile veri hanc herbā subticuisse Dioscoridē, quæ cum alia crescat, & ex eisdem insulis deportetur, proximisq; polleat viribus. Eius decoctū ad pectoris vitia efficax est. Antidotis miscetur. Viscera omnia & vniuersum corporis habitū extenuat. Menses cit potu, pectoris dolores leuat.

Origanum.

Cap. XXV. 49



Origanum Theophrastus duo genera cōstituit, nigri & candidi: priori nullum semē, candido perquā minutū reddidit. Ex semine veteri celerius exit, à satū tamen non ante trigesimū diem emicat, germinatu contumax. Defixus humi surculus etiam comprehendit. Origanū immortalī coma viret, constatq; acri succo. Folia ei

cadunt à cacuminibus. In Arcadia negant erumpere quò flatus à mari nō acce-
 dat. Ei sapor cunilæ æmulus. Dioscoridi plura produntur genera. Heracleoticū,
 quod alij cunilam vocant, folium habet hyssopo non dissimile. vmbella non in
 orbem se colligit, nec in rotæ speciem radiatur, sed multipartito diuisa frondet.
 5 Semine in cacuminibus virgarum nō denso, nec duro. Nec aliquam scio ad hanc
 tam inarticulatam Dioscoridis deliniationem magis accedere, quàm quæ vul-
 go *degeneris maioranæ* cognomento seritur in hortis, frutice hyssopi, folijs eidem
 vel serpyllo syluestri proximis, minoribus tantum, vmbraulis nō in orbem co-
 actis, sed diuisis, florum plenis. Tradunt olitores neglectam sampfucum in eam
 10 degenerare, frutice serpylli plerunque humi reptante, cauliculis punicantibus,
 folijs sampfuci, flore purpureo, in vmbella cineritia, in qua semen: vnde multis
 Galliæ locis *cendrea* nominatur. Tota herba iucunde olet. Onitis eadem erat cā-
 didiore tantum folio, hyssopóque consimiliore, fructu confertis corymbis com-
 pacto. Multa patrocinantur huic quam vulgus *buglen* vocat, sed folium hyssop-
 15 po multo latius, coliculis corymbulorum agmine stipatis: diuersam tamen ab
 hac esse in hali mētione docebimus. Sed multo plura astipulantur ei, quam pau-
 loante diximus *Arabicum sticadem* nominari: sed nihil in his perpetuum statui po-
 test, tum oblitteratis silentio fruticum imaginibus, item quòd ille species intelli-
 guntur satiuæ, cum statim pòst de syluestri doceatur, illæ sponte proueniant.
 20 Syluestre origanum folijs est origani, prætenuibus virgulis, digitorum quatuor
 altitudine, vmbellis anethi, flore candido, radice tenui, superuacua. Hanc Dio-
 scorides panaces Heracleū, & cunilam vocari quibusdam meminit, inter quos
 Colophonius Nicander inuenitur, cuius verba è theriacis, quòd hic aliquid fa-
 cerent, citauimus,

πανάκειόν τε κνίλλω,

25 ἢ τε καὶ ἡρακλειον ὀρίγανον ἀμφονίποι,

ἐν καὶ ὄνα πετρίλαιον ὀρίγανον, ἀνά τε θυμβρης.

Quod, Panaciámq; conilam,

Et quam iam Heraclion origanon inde vocarunt.

Diocles etiã cunilam, vt vetustissimus fatetur interpres, quibusdã Heraclion o-
 riganon, alijs syluestre dici cōtendit, vt idē sit panaces, panactios, & conila. Petri-
 30 chus in ophiaco Conilon quendã hominē herbam inuenisse tradidit, inde nomē
 ei cunilæ. Nicãder quoq; meminit alterius origani, cuius folium, q̄ asinis pabulo
 gratū esset, onopetalium vocauit organū, onitim inde sequuta ætas ab eo didi-
 cit appellare. Nemo tamē putauerit ornithin, quasi gallinaceã cunilam scriben-
 dum, cum Plinius quæ Latinis gallinacea est appellata, à Græcis organū Hera-
 35 cleoticū dici profitetur. quod & Plautus testatur in Trinuno, ab Heraclea Pon-
 ti nominatū. In Ponto, inquit, absinthiū, & cunila gallinacea. Tragoriganū Dio-
 scoridi fruticulus similis est serpyllo syluestri, vel origano, tam ramo q̄ folijs: sed
 quibusdam in locis foli conditione lætius & habitius inuenitur, latiore folio, glu-
 tinosum: alterum macilētius, folijs exilioribus, molliusculis, quod aliqui prasion
 40 vocare maluerunt. Plinius organum cunilam æmulari tradidit, cuius plura ge-
 nera in medicina habentur. Onitim vel prasion appellant, non dissimile hyssop-
 po. Heracleoticum organum à Græcis dictum inter cunilas retulit, dicitq; gal-
 linaceã à nostris appellari. Tragoriganum simile fecit serpyllo syluestri, de quo
 inter ipsum & Dioscoridem cōuenit. Addidit, Heraclium, quod tria habere ge-
 45 nera refert, nigrius, latioribus folijs, glutinosum, quod pro tragorigano videtur

tt. iij.

à Dioscoride sumptum. Alterū exilioribus mollibúsq; sampuoco non dissimile, quod aliqui prasiū vocare malūt. itidē tragorigani speciē Dioscorides adfirmat. Tertiū inter hæc mediū, minus q̄ cætera efficax. Ergo tragoriganū Dioscoridi, & Heracliū organū Plinio, collatis vtrinq; deliniationibus, in neutro satis exacte designatis, ea erit herba quā vulgus nostrū *mastichinæ herbæ* cognomento serit in hortis, frutice serpylli vel origani, coliculis ramisq; nō dissimilibus, folijs sampuoci, flore paruo, odorato in vmbella, in qua propendent incani hircorū villi, vnde ductū tragorigani nomē existimo. odore sampuoco nō cedit. Studiosēq; nuper in hortis nostris cœpit seri, & vt nouæ rei nouo officinis indito nomine, quoniā lentore quodā interdū madescit, *mastichinā herbā* cœperūt vulgo nominare: aut iucūdū mastiches spiret odorē. Quod pinguibus locis vbertate foli letius assurgit, latiore glutinosq; folio vestitū, tunc sampuoci foliū repræsentat. Si ieiuno prodeat situ, tenuius, folijs & colibus serpyllū potius videtur æmulari. Alterū syluestrius, quod propter sepes nascitur, folio sampuoci, multo maiore, caule sesquipedali, comante supra cacumen muscario, in quo flores emicāt purpurei. Vtrūq; iucūdo odore placet, & coronis inseritur. sed hæc loci potius q̄ naturæ discrimina sunt. Porrò res in tanta tam nomenclationū q̄ historiæ versatur ambage, vt non facile fuerit quicquā in solidum de his statuere. Parum enim conuenit inter Græcos, minúsq; inter Latinos, minime inter vtrosq;. Nicæder Colophonius cunilam panaciū & Heraclion organum dici memorat. Dioscorides Heraclioticum cum organū cunilam dici testatur. Item syluestre organum cunilam & panaces Heraclium à Nicandro vocari tradit. Galenus Heraclioticum organum onitide cēset efficacius, sed vtriq; præstat syluestre, quod & panaces Heraclium, & cunilam appellari contendit. Hippocrates thymbram origani similem proposuit. Plinius organum manifestè discreuit à cunilis, solum Heraclioticū cunilam gallinacē dici Latinis professus: seorsúmque, velut distinctorum generū, agit. Tragorigano duæ species à Dioscoride tribuuntur, quæ à Plinio redditæ sunt Heraclio. Nemo tamen existimet idem esse Heraclioticum, ab Heraclia Ponti dictum, & Heracliū quasi Herculeum, vt supradictum est. Columella cunilam nostratam esse docuit, quam rustici satureiam nominant. Vides quàm diuersæ sint authorum sententiæ, quo tamen Latino nomine veteribus comprehendatur syluestre organum, nunc est videndum. Dioscorides ipsum repræsentat folijs origani, ramulis prætenuibus, digitorum quatuor altitudine, vmbellis anethi, flore candido. Syluestris origani non meminit Plinius, cunilæ tamen bubulæ vocabulo comprehensum iri putamus. Cum cunilæ præter satiuam plura tradi in medicina genera declaret, subdit, quæ bubula appellatur semen pulegij habet, sic bubulam inter syluestres retulit. Contra serpentes bibi ex vino iubet. Alibi, inquit, in serpentium ictu priuatim ex vino bibitur, quæ cunila bubula appellatur. Eadē à Dioscoride syluestri tribuuntur organo. Quare testudines cum serpentibus dimicaturæ, hac se muniunt. Facit huius rei fidem, quod quæ inter medicinas de bubula traduntur à Columella, eadem ab artis veterinariæ prudentibus Græcis verbo tenus scribuntur de syluestri organo. Verba tam Columellæ quàm Eumeli Veterinarij medici subiunximus, *επαχθής ἔστι τῆς ἐν γαστέρι φλεγμονῆς ἀγαθὴ γινώσκουσα. δεῖ τοίνυν ἐμβάλλονται τὴν χεῖρα τὴν κόπρον ἀφέλκειν ὕδα, καὶ μετὰ ταῦτα ὀείχανον ἀγρίαν, καὶ ἀγριοσταφίδα, ἢ ἄλλα λιπῶν μετὰ μέλιτος ἐπιμιχθεῖς μίξαι, καὶ ποίωσεντα καλλόσεια*

ἐμβλασάν. ἔδωκε καὶ πλὴν κοιλίας καὶ γαίρει, καὶ πλὴν γαστρὸς ἔσπευει. Verba Columellæ hæc græca
 sic interpretantur, At si bilis molesta iumento est, vëter intumescit, nec emittit
 ventos. Manus vncta inferitur aluo, & obsessi naturales exitus adaperiuntur, ex-
 emptoque stercore posita cunila bubula, & herba pedicularis cum sale trito &
 decocto, melli miscentur, atq; ita facta collyria subijciuntur, quæ ventrem mo-
 uent, bilémq; omnem deducunt. Vides apud Græcos authores syluestris origa-
 ni vocabulo cunilam bubulam venire. Non me fugit tamen Plinium aliquot lo-
 cis pro origano Græcorum, cunilam bubulam reddidisse: quem docti quoque
 complures in interpretationibus suis sunt sectati, non tamé de Heracleotico po-
 10 test audiri, cum gallinaceâ cunilam dici Latinis adfirmet: nec de onite vel tra-
 gorigano, cum potius asininam aut hircinam vertisset cunilam. Syluestre itaq;
 origanum bubulæ cunilæ vocabulo potius intelligendum putauerimus. Origa-
 num tam pertinaci cum brassica dissidet odio, vt aduersum olus exarescat. Vi-
 num dulcedinem concipere prodidit Aristoteles, si in mustum origanum sit in-
 15 iectum, sed binas in amphoram heminas indidisse satis est. Id assignat causæ,
 quòd quantum in musto fuerit aquosum, & fæculentum, sua ariditate exhauri-
 ens ebibit, quibus austerus sapor contrahebatur: argumento, quòd vina si quid
 aquæ contineant illibatū, minus redduntur mollia, si diutius in fæce resederint,
 itidem confiet. Sed cum dulce molimur, vuas foli diutius exponimus, vt dilu-
 20 tum liquorem depascat, reliquūq; decoquat. Simile quiddam præbet origa-
 num, quòd calida & sicca dote præditum sit. Natura eius excalfacere. Percus-
 sis à serpente datur in vino decoctum eius: in passo autem ijs qui cicutam aut
 opion bibere: in aceto mulso, ijs qui gypso tentantur, aut ephemero. Ruptis,
 conuulsis, hydropicis cum fico manditur. Siccum acetabuli mensura potum in
 25 aqua mulsa atram bilem per inferna detrahit, menses ciet. Linctū ex melle tuf-
 ses emendat. Ad pruriginem, psoras, regiūq; morbum decocti ius cum in bal-
 nea descensum est, prodest. Succus virentis tonsillis, columellæ, oris vlceribus
 medetur. Per nares caput inanit cum oleo infusum. Inijcitur & aurium dolori-
 bus cum lacte. Medicamentum ciendis vomitionibus commodissimum ex ori-
 30 gano fit, addita cepa & semine fruticis quod ad obsonia expetitur (rhus voca-
 tur) omnibus in ære Cyprio per tricenos dies insolatis, ab ortu Canis, cum syde-
 ris æstu tempus flagrat. Herba obdormituris in metu serpentium substernitur,
 fugat enim eas. Onitis easdem præstat utilitates quas organū Heracleoticum,
 duntaxat infirmiores. Syluestre organum priuatim folijs, floribus ex vino potis
 35 à serpente percussis auxiliatur. Tragoriganū optimum est Ciliciū, Coum, Smyr-
 næum, Chium & Creticū. Excalfaciunt omnia, vrinas pellunt, vëtri facilia sunt,
 decocto potu bilem detrahunt. Lienosis ex aceto commode bibuntur. Contra
 ixiam in vino sumuntur. Purgationes fœminarum cient. Peripneumonicis, tuf-
 sientibus ex melle in eclegmate dantur. Grata & efficax potio est, quare fasti-
 40 dia sentientibus, & stomacho acida ructati infirmoq; præbetur. Item si à maris
 iactatione, nausea & æstus præcordiorū excitentur. Tumores illitos cum poléta
 discutit. Onitidis v sus Plinio priuatim contra torsiones stomachi in tepida aqua
 & cruditates: contra araneos scorpionésq; in vino albo. Luxata & concussa in a-
 ceto & oleo & lana. Tragoriganon vrinā ciet, tumores discutit. Contra ixia po-
 45 tum viperæq; ictū efficacissimū, stomacho acida ructanti & præcordijs. Tussienti-

bus cum melle datur, & pleuriticis & peripneumonicis. Heraclium optimum Creticum, quod iucunde olet: proximum Smyrnaeum. Communis usus serpentes fugare, percussis esui dare decoctum, potu urinam ciere: ruptis, conuulsis mederi cum panacis radice: hydropicis cum fico, aut cum hyssopo acetabuli mensuris decoctum ad sextam: item scabiem, pruriginem, psoras in desessione balnearum. Succus auribus infunditur cum lacte mulieris. Tonsillis quoque & uis medetur, capitis ulceribus. Venena opij & gypsi decoctum extinguit, si cum cinere & uino bibatur. Alium molit acetabuli mensura. Sugillatis illinitur: item dentium dolori, quibus etiam candorem facit cum melle, & nitro. Sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias asperas cum galla & melle teritur: ad lienem folia cum melle & sale. Crassiores pituitas & nigras extenuat decoctum cum aceto & sale sumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Lassi perunguntur ex eo, ita ut ne ueter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos aperit cum fico trita, strumas cum oleo & aceto & farina hordeacea, lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tumorem ex aceto litum, reliquias purgationum a partu. Cunila bubula semen pulegij habet, utile ad vulnera commanducatum impositumque, ut quinto post die soluatur. Contra serpentes in uino bibitur, ac tritum plagae imponitur. Vulnera ab ijs facta perfricantur. Testudines cum serpentibus pugnaturae hac se muniunt. Gallinacea cunila a Latinis, a Graecis origanum Heracleoticum appellata, prodest oculis trita addito sale. Tussim quoque emendat, & iocinerum vitia: laterum dolores cum farina, oleo, & aceto in sorbitione temperata, praecipue serpentium morsus.

¶ *Pulegium.*

Cap. XXVI.



Pulegium ipso brumali die germinat in carnarijs, reflatque ramulis etiam a parente reuulsis, adeo nihil esse occultum natura uoluit. Serendi igitur hoc signum dedit. Haec est uera interpretatio, argumentum naturae secum adferens. Percontatur Aristoteles, quare pulegium etiam pensile, solstitiali tempore floreat. Crudum causatur alimentum, quod ut hyeme concoqui propter frigus non potest, sic solstitio caloris auxilio concoquens auget. Parumque uidetur inter Plinium & Aristotelem conuenire, cum ille bruma florere tradat, imo brumali die suspensam in tectis, aere herbam pulegij, florem aere fatetur: contra is solstitio florem facere, nisi quis biferum arbitretur, & quem bruma praecoci partu florem non fudit ob calorem, solstitio protulerit. sed qui brumali tempore mittitur flos, prioris autumnii redundante tunc alimonio, proficit lit brumam ostensurus. Nam & utroque tempore in flores & folia luxuriare infra demonstrabitur. Semel satum pulegium diutina durat aetate. Nostri nunc *pouliculum* uel *poulietum* uocant. Cuius figuram utpote notissimam omnibus Dioscorides silentio praetermisit. fruticosum assurgit, semipedali altitudine, folijs sampsiaci, surculis per interualla purpureo flore coronatis: unde multis pulegium regale nominatur. Nascitur optimum in motosis. Alterum genus, etsi mas est, inefficacius tamen est, flore candido, magna ei cum nepeta & mentha societas. Recens incensus pulices necat, inde nomen pulegio. Syluestris Plinius unum fecit genus origano simile, folijs minoribus quam fatium, & a quibusdam dictamus uocatur, cui vim tri-

buit efficaciorē. Gustatū à pecore balatū cōcitāt, vnde quidā Græci literas mu-
 tantes blechon vocauerūt. Blechron Hippocrati pro legumine quodam accipi
 Galenus auctor est. Plinio pulegiū brumalis herba dici potest, q̄ vti dictum est,
 hyberno flore brumā ostendat: quemadmodū eidem condurdon solstitialis her-
 5 ba perhibetur, flore rubro, quæ suspēsa collo comprimit strumas. cuius Plautus,
 vt arbitror, in Pseudulo meminit, inquit, *Quasi solstitialis herba paulisper fui,*
 Repente exortus sum, repentino occidi. *“*
 Sed an idem fuerit blechros pulegio, cui eadem accidunt in flore mutationū vi-
 10 cissitudines, iam differendum est. Theophrastus stirpes esse quasdam adfirmat,
 quæ vitale principium seruare queunt, ita vt ad germen excitandum se valeant
 mouere, vt scylla, coles liliorum, & blechri termites vel surculi, nam eam quoq;
 solstitijs florere subiunxit, quod imprimis demiratur. eius verba subiunximus,
βλήχος ἀνθὴ πῶδι ἰσοπύς. Hoc idem sentit Aristoteles in problematis, quærens cur
 15 pulegium, lilium, & cepe florēt solstitialibus horis. qui, quantum mea fert opinio,
 græcorum ritu, *ἰσοπύς*, id est solis ad nos cōuersionum nomine, brumam quoque
 complectuntur. Nam, vt Theophrastus auctor, quanquā blechros omnino sic-
 ca sentiatur, principium tamen aliquod habeat necesse est, quod vnā cum aëris
 mutatione moueatur. Mirum præterea, quòd non remissiore, sed potius intenta
 20 tēporis sæuitia germinare incipiat: nisi forte dies alcyonios nonnihil suffecturos
 putaueris, sic iam appetente inclementia brumæ parturit. Quæ itaque de ble-
 chro prodūtur à Theophrasto, eadem de pulegio tradi partim ab Aristotele, par-
 tim à Plinio manifestum est. Sed quid tantorum virorū citatione fuit opus, cum
 Dioscorides idem esse blechrū cum pulegio, nec nisi sola discrepare nomencla-
 25 tura testatur, blechona seu pulegium blechron dici Græcis cōfirmans. His cum
 historijs, tum authorum testimonijs satis constat blechrum veteribus Græcis no-
 strū fuisse pulegiū. Sed cur Theodorus Theophrasti interpretes gręcū nomen mo-
 neta non percussit latina, id forsitan fuit causæ, q̄ vel aliud à pulegio suspicaba-
 tur esse, quod apud Hippocratē, teste Galeno, blechron pro legumine capi co-
 30 gnosceret. Pulegiū, vt est Galenus auctor, acre & subamarū lingua deprehendi-
 tur. Vehemēter excalfacit & extenuat euidenti, vt tradit, argumēto, q̄ illitu mē-
 brū rubore sugillet, & si diutius immāserit, vehementē mouet exulcerationē. Pe-
 ctoris pituitam digerit, ideo pulmonum vitia excreabilia facit, itidem Paulus ad-
 firmat. Pulegiū Leontinus tradit crudis concoctiones moliri, si siccum tritūmq;
 35 post cibos insumatur. Idem mansum, & genis agglutinātū incrementos oculo-
 rum inflammationes epiphorásq; egregiè discutere, ita vt qui hoc remediū ex-
 peritur, eo potius vtendum cēseat, quā probatissimis oculorum collyrijs. Ex-
 tenuat, & calfacit, concoctiones adiuuat, menses trahit potū, & secundas, & par-
 tus. Vitia pectoris cum aloë & melle sumptum elicit. Cōuulsis auxilio est. Nau-
 40 seis & erosionibus stomachi datur in posca. Atram bilem per aluum exigit. Cō-
 tra ictus serpentium in vino remedium est. Defectos animo recreat cum aceto,
 naribus illatū. Gingiuas arefacti cinere corroborat, inflammationes omnes cum
 polenta illitum mitigat. Podagris syncerum opponitur donec sanguine aduoca-
 to locus rubescat & exulcerari sentiatur. Decocto eius abluti pruriges extin-
 45 guūtur. Cū cerato varos tollit. Lienosis cū sale utiliter illinitur. Inflationes vuluæ

duritias, cōuerfionēsq; corrigit. Blechona mutatis literis vocauerē, quoniam pecus, gustato eo dum floret, balatu cōpleatur. Eos reuocat qui animo deficiunt, furculis suis in ampullas vitreas aceti cū mētha deiectis. Dignior ē pulegio corona vertigini, quā ē rosis, nam & capitis dolores imposita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorū æstūsque iniuriam, & ab siti traditur: neq; æstuarē eos qui duos ē pulegio furculos impositos auribus in sole habeāt. Fœmina efficacior est, est autem flore purpureo. Mas candidum habet. Nauseas cū sale & polenta in frigida aqua pota inhibet, sic pectoris & ventris dolorem, stomachi autem ex aqua. Item rosiones sistit & vomitiones cum aceto & polenta. Aluum soluit sale adiecto cum polenta. Intestinorum vitia cum melle & nitro cocta sanat. Vrinam pellit ex vino & calculos, interiores dolores finit. Ex melle & aceto sedat menstrua & secundas. Vuluas cōuerfas corrigit. Defunctos partus eijcit. Semen obmutescētib; olfactu admouetur. Comitibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ insalubres bibendæ sint, tritum inspergitur. Salsitudines corporis si cum vino tradatur minuit. Neruorum causarijs & in cōtractione cum sale, aceto & melle confricatur opisthotono. Bibitur ad serpētium ictus decoctum. Ad oris exulcerationes, & tussim efficacis est. Flos recentis incensus pulices necat odore. Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subijci, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit. Gustatum à pecore caprisq; balatum concitat. Natura ei tam feruens, vt illitas partes exulceret, ante accessionum horrorem. Item conuulsis & torminibus fricari conuenit. Podagris mirè prodest. Hepaticis cum melle & sale datur bibendum. Pulmonum vitia excreabilia facit. Ad lienem cum sale vtile est, & vesicæ & suspirijs, & inflationibus. Contra scolopendram terrestrem vel marinam, item scorpiones valet. Arida radix cicatricibus decorem adfert. Contra incrementa vlcera recens potentissima.

¶ *Dictamus.*

Cap. XXVII.



Dictamum, vt Theophrastus est author, Cretæ vernaculū est, nec temere alibi quā in ea insula prouenit, ramis prætenue, pulegio simile, feruens & acre gustu, folijs tantum vtuntur. Flos ei nullus est, aut semen, aut caulis. Radix tenuis & superuacua. Rara admodum herba est, nec in Creta spatiosè nascitur, mirèque à capris expetitur, incredibilisq; voluptate ab eis deuoratur. Ostendunt id capræ vulneratæ eo pastæ, statim decidentibus telis. Pro eo est & pseudo-dictamum multis in terris nascens, folio simili, ramulis minoribus: imbecillioris effectus statim intelligitur, dictamum enim minima portione accedit os. Qui legere eam manipulos in ferula vel arundine condunt, præligantq; ne efflato spiritu potentia euanescat. Inualidius siquidem cum aliquid virium expirauit. Non desunt qui naturam vtriusq; eandem esse referāt, sed deteriore in agris pinguibus. Quare quod locis lætioribus exeat degenerare, & falsum illegitimumq; cognominari. Legitimum aspera loca vehemēter amare produnt. Ad partus muliebres efficacissimum idem author asseuerat, aut quod enitētes fœtu statim liberat, aut certe dolores penitus abolet. Est & tertium genus dictami vocatum, sed neq; facie neque effectu simile, ramis maioribus. Qui dictamum Cretesem esse tradit

herbam lenem, acri gustu, pulegio similem, maioribus folijs, quæ tomentosis canescant floccis, & spissa lanugine pubescant, flore & semine viduam. Pro eo substituitur pseudodictamum, quasi dicas illegitimum, multis in terris nascens, folio simili, sed acrimonia minore, & viribus ignavius. Tertiū adiecit quod è Creta defertur, folio sisymbrij, ramis maioribus, flore sylvestris origani, nigro, mollique. Odor folijs inest inter sisymbrium & saluiam iucundissimus, sed minus sensum tentat. Id hodie Galli tum *diptamum*, tum *hortensem gigeberim* appellant, quòd æstiosa vi statim os adurat, & linguam vellicet. nanque cauliculis assurgit terebintibus, longis, mollibus, articulatis, folio mēthę vel sisymbrij, nisi quòd angustius, & spissiori pube canet, roseo flore, semine atro, odore artemesia suauiori. Virgilius Maro totius naturæ peritissimus, duodecimo suæ Aeneidis hoc habitu dictamum designauit, ita canens,

Tum Venus indigno nati concussa dolore,
 Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
 15 Puberibus caulem folijs, & flore comantem
 Purpureo. non illa feris incognita capris
 Gramina, cum tergo volucres hæserē sagittæ.

Sed quale dictami genus Poëta suis numeris explicuerit, diligenter considerandum est. Putat Marcellus tria eius genera cōmiscuisse, non ignorantia tamen
 20 damnādum Maronem, qui cæterorum exemplo in re fabulosa voluptati magis quàm vtilitati legentium consuluit. Sed inuisum vsquam monstrum impudenter rerum omnino pugnantium coalitu finxisset, nec dignum poetico verborum inuolucro, cum sub eorum figmentis, non nihil semper subesse veri credendū est. Sed hæc quæ de dictamo lepidissimè cecinit, ad historiam naturæ nō ad fabulam
 25 pertinent. Quis existimaret Virgilium picturarum naturæ, vt plerisque locis docuit, callentissimum, herbæ quę & caule & flore vacaret, caulem flore comantem liberaliter impegisse, sic quæ sterilis esset fœcūdā, quæ ex flos & ex caulis, floridā & caule luxuriantē, commentitio habitu proponeret, quo nec vlla veteribus adhuc potuit inueniri? Itaque mihi potius tertiam dictami faciem videtur his senariolis expressisse, cui & caulis & flos à veteribus redditur. Nam & hoc tertium, auctore Dioscoride, defertur ex Creta: quare merito Venerem ab Cretæa Ida carpsisse finxit, cum omne dictami genus incana lanugine pubet, imò verius quodam quasi lanuginoso tomento vestitur, perpulchrè puberibus folijs caulem comari prodidit. Eidem florem tribuit purpureū, sed non qui dilutiore rutillet purpurea, sed abundè saturata nigricat, quem Dioscorides nigrum maluit appellare, cum talis in colorum censu pullus existimetur ab herbarum peritis. Quod demū
 35 subiunxit, non ignaras huius capras, cum volucres inhæserunt sagittæ: quanquā hanc sibi Creticum præsentiosem vendicauit facultatem, reliquas species, vt potest à Creta oriūdas, dote cōsimili licet ignauiore præditas, scriptores meminerūt.
 40 Non ergo fictitiam & portetofam dictami imaginem exhibuit Maro, sed veracem, quæ tertium id genus, vt docuimus, exprimeret. Pota sagittas pellit, & alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho foliorum obolo. Proxime pseudodictamum. Vtraque suppurationes discutit, sed præcipua dictamo vis est. Menses cit, partus emortuos vel trāsuersos eijcit. Bibitur ex aqua foliorum obolo, adeò
 45 ad hæc efficax, vt ne in cubiculum quidem prægnantium inferatur. nec potu tan-

tum sed illitu & suffitu valet. Proxime pseudodictamū, sed menses cit cum me-
 ro decoctum pondere denarij. Strangurias discutere dictamū certū est, cuius fo-
 lia preclare dantur ex aqua ad partus accelerandos. Constat vnius oboli pondere,
 vel si mortui sunt in vtero infantes, protinus reddi sine vexatione puerperæ. Si-
 militer prodest pseudodictamum, sed tardius: procedente illa persuasione, quic-
 quid in Creta nascitur, infinito præstare cæteris eiusdē generis alibi genitis. pro-
 xime quod in Parnaso. Tradunt Arcades quidem nō medicaminibus vti, sed la-
 cte circa ver, quoniā maxime succis herbæ turgeāt, medicētūq; vberes pascuæ.
 Bibunt autē lac vaccinū, quoniā boues omniuoræ sunt in herbis. Dioscoridi om-
 nes effectus repræsentat quos satiuū pulegiū, multo etiamnū validius, cōstat enim
 & potu & suffitu defunctos partus eijcere. Tradūt capris in Creta vulneratis pa-
 stu huius herbæ tela decidere. Succus purgandi vim obtinet illitus, aut cum po-
 lenta subactus. Plantas pedū sagittis cōfixas illitu sanat, & impactos reliquo cor-
 pori aculeos refigit. Ad lienis morbos efficax est, minuit eū. Carpūt semen estate
 vel autūno. Radici vis feruens, gustatu accendit os. Eadem partus accelerat. Suc-
 cus in vino serpentium morsibus aduersatur, in quā rem tanta vis herbæ huius,
 vt venenata omnia olfactu saltem fugentur, contactu etiam cōmoriātur. Vulne-
 ribus ferro factis & venenatis ictibus infusus succus presentaneo est remedio: & si
 etiā ab instillatu statim sumatur in potu, momēto salus restituitur. Pseudodicta-
 mum simili in ore acrimonia, valet ad quæ dictamū, sed ignauius. Tertiū quod à
 Creta defertur, cōuenit ad quæcūq; superior, sed minus nares ferit. Additur in pa-
 stillos theriacos, & emplastra quæ contra serpentium iniurias repræsentantur.

¶ Salvia.

Cap. XXVIII.



Aluia, quæ Græcis eleliphacos dicitur, frutex est oblógus, sur-
 culosus, quadrágulas habēs & cādidas virgas, folia cotonei ma-
 li effigie, longiora, scabriora, paulo callosiora, extritarū quoq;
 vestiū similitudine hirsuta & candicātia, vehementer odorata,
 sed virosa, semine syluestris hormini in summis caulibus. Nasci-
 tur in asperis. Plinius menthē similē facit, canam, odoratā. Galli nostri *saulgiā* vo-
 cant, nanq; ea fruticosa est, rugosis folijs, exoletarū vestiū scabritiā referētibus,
 incanis, odoratis, purpureo in spica flore, in aquilini rostri speciē falcato, semine
 syluestris hormini. Plinius eleliphacon in censu frugū inter lentis species retulit,
 inquiēs, Syluestris eleliphacos dicta à Græcis, ab alijs phacos, ea est satiuā lēte lē-
 uior, & folio minore atq; sicciore, & odoratiore: et alterum genus huius sylue-
 stris odore graui. Hęc mitior, folia habet cotonei mali effigie, sed minora & cādida
 da, quæ cū ramis decoquūtur. Hic apertissimē rem satiuā quæ diligentissime colli-
 tur in hortis, cū syluestri lēte, tanq̄ quid à salvia discrepās, cōmiscuit: cum tamen
 omnia quæ inibi vigesimo secundo volumine de illa syluestri lente traduntur, &
 Dioscoridis deliniationi, saluiæ & viribus patrocinantur. Nam salvia folia habet
 cotonei mali effigie, sed minora & candida, quæ cū ramis decoquuntur. Menses
 cit & vrinas. Pastinacæ marinę ictus sanat, torporē autem inducit percusso loco,
 Cōmorantes menses trahit: abundates sistit decocto eius potu. Per se imposta
 herba vulnerum sanguinem cohibet. Sanat serpentium morsus, & si in vino de-
 coquatur pruritus testiū sedat. Eadē prorsus Dioscorides tradidit, folia cotonei

mali figura, minora, candida. Vires ei assignat trahere & partus hærentes, remo-
 ratósq; menses: pastinacæ marinæ ictus sanare: cõpositam per se herbam sangui-
 nem vulnerum cohibere: testiũ pruritus folia cum ramis cocta cõprimere. Subdit
 Plinius, Nostri qui nunc sunt herbarij elelisphacon græcè, Latinè saluiã vocant,
 5 mēthæ similem, canam, odoratam: quasi aliter veteres, aliter suæ ætatis herbarij
 de elelisphaco sentirent. nihil tamen est commune lentis & saluiæ. Nec Diosco-
 rides alterius quàm palustris, quæ & sylvestris ei dicitur, mentionem fecit: sed illa
 resedibus aquis gaudet, hæc rigua nedum aquatilia refugit. asperis ficcisque na-
 scitur. Sed videtur Plinio phacos vocabulum, quo lens Græcis importatur, & eli-
 10 phacos, quo palustris, imposuisse, fecissèq; vt species quasdam nouas lentis finge-
 ret, rémq; fatiuam in sylvestriũ familiam ascisceret: rem natalibus foliorum ha-
 bitu viribúsq; longe dissidentē, in vnum aceruũ congereret. sed multo diuersum
 videtur Græcis sphacos & sphacelos. Theophrasto differt, vt inquit, saluia quæ
 dicitur elelisphacos à sphacelo, quòd altera mitior, altera sylvestrior. Sphacelo fo-
 15 lium breuius & læuius, saluiæ squalidius & scabrius. à quo, quãtum arbitror, ha-
 bitu nomen deflexit Græcis, qui quod sphacon, ceu potius sphacelon, nos tabi-
 tudinem vel syderationem solemus vocare. Ergo quòd herba retorrída semper
 vel exucca videatur, elelisphacos, quasi in tabem redacta vel in syderationē flac-
 cescens, nomen arripuit, ἐλελίσην & σφάκος in vnam coalescentibus appellationem.
 20 Quæ duo saluiæ genera videntur in hortis inueniri. Quod læuius & folio cõtra-
 ctius, quasi sylvestrem ob id referat figuram, minúsq; squalore obsitũ, nostrum
 nunc vulgus *francam saulgiam* nominat. Alteram squalidius & scabrius, lacunosa
 facie perasperũ, multo latius, quasi cultum senserit, *vulgariam saulgiam* vocamus.
 Salutaris ad multa, præsertim ad fœcũditatem, vnde forsitan Latinis saluia dicta.
 25 nam saluia, vt Aëtius scriptũ reliquit, excalfacit, & aliquatenus substringit. Suffi-
 tu menses sistit, qui copiosius feruntur, omnémq; fœminarum abundantiam co-
 hibet. Agrippa sacram appellat herbam, tradítq; lænas eam esse ad cõceptus fa-
 cilitatem. Illud habetur in confesso, fœminam quæ quadrantem horæ ante cõcu-
 bitum, huius succum instar heminæ cum momento salis ebiberit, concepturam.
 30 Proditum est grassantem in Copto Aegypti pestem, innumeros penè mortales
 rapuisse, reparatámq; multitudinē coactis mulieribus huius herbæ succo ad con-
 ceptum vti. Orpheus succo in orbiculos coacto cum mellis vncia, sanguinis ex-
 creationes cohibuit. Seritur in hortis & semine & surculo. Apricũ amat locum.
 Lixiui cinere fruticem muniunt olitores, sic lætiorem prouenire testantur. Frigo-
 35 ra non horret. Hybernis temporibus viuit, in quibus premēte olerum penuria iu-
 ribus innatat. Errant qui herbam passim in incultis inuentam, quam herbarij *sal-
 uiam* appellant *transmarinam*, falso officinæ *gallitricum* putent, saluiæ congenerem.
 Nam ea folio latiore, non minus odorato sed asperiore, caule sesquipedali, leniter
 hirsuto, in quadrangulum striato, flore subcæsis, saluiæ nõ absimili, in aquilini ro-
 40 stri effigiem falcato, calyculis pluribus gallinacæ cristæ forma ad radicē spectã-
 tibus, in queis ad summum quatuor grana reperias, parua, rotunda, fuluescen-
 tia: cum ea hormini sylvestris propria sunt, vt in mentione eius docebimus, nec
 vlla picturæ nota videtur reclamare. Saluia menses cit & vrinas. Pastinacæ mari-
 næ ictus sanat, torporem autem inducit percusso loco. Bibitur cum absinthio ad
 45 dysenteriam. Cum vino commorantes menses trahit: abundantes sistit decocto

eius potu. Per se imposita vulnerū sanguinē cohibet. Sanat & serpentium morsus, & si vino decoquatur pruritus testium sedat. Partus emortuos apposita extrahit, item vermes aurium. Ad tussim laterisq; dolores bibitur. Contra scorpiones eadem & dracones marinos efficac. Contra serpentes quoque ex oleo perungi ea prodest. Menses (vt ait Dioscorides) & vrinas trahit decoctum foliorū ramulorūmq; potu. Partus eijcit, pastinacæ marinæ ictibus auxiliatur, capillū denigrat, vulnerum sanguinē cohibet, tetra vlcera purgat. Testium pruritus extinguunt rami foliāque si decocto eorum foueantur.

¶ *Mentha.*

Cap. XXIX.



Entha notior Dioscoridi fuerat, quàm quæ debuisset repræsentari. nomen in Gallia retinet. Herba cubitalibus flagellis, lanugine pubescentibus, folio siymbrij, longiore, molli, æstate herbaceo, hyeme subflauo, semper odorato. subpurpureus flos circa cauliculorum fastigia spicatur. Est & hortensis quædā quam nostri *Romanam* cognomināt, odore præstantior, cauliculis lentè puniceis, folio maiore, aliquātulum acutiore. Mentha dulcē desiderat viginē, quam ob causam iuxta fontem mense Martio recte ponitur. cuius si forte femina defecerunt, licet de noualibus syluestre menthastrum colligere, atq; ita inuersis cacuminibus disponere, quæ res feritatem detrahit, atq; edomitam reddidit. Seritur vel planta vel radicibus. Apricum locū amat, nō pinguem, non stercoreatum, humidis facilius adolescens. Ferro non expedit mentham tangi. Semel fata pluribus annis restibili fertilitate durat, gratōq; mensas odore percurrit in rusticis dapibus. Aestate viret, hyeme flauescit. Quærit Aristoteles in problematis, cur in adagium venerit, mētham belli tempore nec edendam nec serendam. Solut, quoniam (inquit) corpora refrigeret, absumens genituram, id quod fortitudini & ferocitati contrariū est. Sed cum alij omnes menthæ vim ex calfacto-riam ascribant, fieri potest, vt per se (quod in plerisq; conspicitur) calfaciat, ex consequenti refrigeret. Galenus mentham duplicem statuit, hedyosmum, quem odoratam mintham cognominat: inodoram alterā, quam vocat calamintham. vtraq; acri gustu in tertio calfacit ordine. Infirmior est viribus odorata mentha, quàm calamintha. Et, vt in vniuersum pronuncietur, vna fera est, & syluestris: altera mitis & satiua, quæ sibi mangonio cultus asciscit humorem. quare venerem stimulat, quod est omnium cōmune quæ semicocto humore & spiritoso participant. Paulus venerem ciere confirmat, humorem causans flatuosum & semicoctū. Item auiditates veneris concire tradidit Dioscorides. Aristoteles genitale semen mentha corrūpi sentit. Plinius Aristoteli suffragatur, quia ex aqua & mulso sumpta cohibeat genitalia densari. Id ergo fuit causæ cur antiquitas hoc esu flagrante bello militibus interdixit, quòd hoc cibo proritati magis in libidinem ruunt, quæ corpus & vires carpit, animósq; refrigerat. sic vsu veneris effœminati mollésq; contorpescunt. Quod Aristoteles affirmasse constat. Si symbriū quonam pacto degeneret in mentham suprā docuimus. Est & syluestris mentha, quā Romani mēthastrū appellant, hirsutioribus folijs, per omnia siymbrio amplius, odore magis viroso. Plinius genus eius syluestre mēthastrum esse scribit, & hoc propagatur vt vitis, vel si inuersi rami serantur. Mēthastrum eidem syluestris est

mētha, specie foliorum quasi figura ocimi, pulegij colore: propter quod quidam
 sylvestre vocant pulegium. Iis commanducatis & impositis sanari elephantiam
 asseuerat, quod Magni Pompeij ætate, fortuito cuiusdam experimento, propter
 pudorem facie illita compertum est. Dioscorides hoc non mēthastrum sed cala-
 5 minthæ genus vnum vt arbitror existimauit. Officinis nostratibus nomen reti-
 nuit. Rura nostra *sylvestrem* vocant *mentam*, si symbrio proceriorem, folijs lanugi-
 ne canescentibus, maiusculis flosculis, coliculorum fastigia coronantibus: quam
 si quis odoretur, virus tantum vibrat vt sua quoq; flagrantia caput tentet. Gau-
 det vliginosus. Passim irrigua hoc menthastro pubent. Mentham è Græcis aliqui
 10 vtilem esse ideo negant, quòd vulnus indita & sanescere & cicatricē trahere pro-
 hibeat. Neque coalescere neque spissari lac putant quod mentham habuerit, ad-
 iecto simul etiam coagulo. Eadem vi resistere generationi credūt, cohibendo ge-
 nitalia densari: ideo veneris prorsus aduersari. Alij cōtrā perquā salubrē haberi
 defendunt. Quod si māmīs familiariter accessit, nec coire nec dēfari lac patitur.
 15 quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulētur. Cæterum
 ipsius odor animum excitat & sapor auiditatem in cibis. Sanguinem sistit & pur-
 gationes fœminarū inhibet. Cum amylo ex aqua pota cœliacorū impetus infre-
 nat. Quidam vomicas vuluæ curarunt, & iocinerum vitia ternis obolis ex mulso
 datis: item sanguinē excreantibus in sorbitionem. Vlcerā in capite infantū mirè
 20 sanat. Arterias humidās siccāt, siccās astringit. Pituitas corruptas purgat in mul-
 so & aqua. Singultus & vomitiones sistit, vt Democritus monstrat, cū succo gra-
 nati. Recentis succus narium vitia spiritu subducto emendat. Ipsa trita choleras
 in aceto quidem pota, sanguinis fluxionem intus supprimit. Illinitur tēporibus
 in capitis dolore. Epiphoris imponitur, & omnibus in capite eruptionibus. Sumi-
 25 tur contra scolopendras, scorpiones marinos, & ad serpentes. Impetigines aiūt,
 vel si teneatur tantū, prohibere. Item lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne
 vellatur. Aridæ farinam tribus digitis apprehensam stomachi dolorem sedare in
 aqua: & similiter aspersa in potionem, ventris animalia pellere. Auribus cū mul-
 so instillatur. Dioscoridi astringendi, calfaciendi, exiccandiq; naturā habet. Sistit
 30 sanguinem succo in aceto pota. Teretes vētris tineas necat, auiditatem veneris
 concit. Singultus, vomitiones, & choleras sedat binis ternisve furculis cum gra-
 nati acidi succo potu. Discutit abscessus imposita cum polenta. Illinitur in mul-
 cendo capitis dolore fronti. Mammis quæ tendantur aut lacte turgeant imponi-
 tur. Morfibus canū cum sale linitur. Aurium doloribus cum aqua mulsa mede-
 35 tur. Fœminis ante consuetudinem virginali admota generationi resistit. Linguae
 scabritiā infricata cōplanat. Addita potionibus lactis, densari & in caseum coire
 non patitur. Omnino stomachum adiuuat, & in condimenta venit pluribus mo-
 dis. Menthastrum sylvestris est mentha. Potum fœminas purgat à partu, sed par-
 tus necat. Orthopnoicis, torminibus, cholericis efficacissimū: item lumbis, & po-
 40 dagris impositū. Substratū, vel accensum fugat scorpiones. Succus auribus ver-
 minosis instillatur, in regio morbo bibitur, strumis illinitur. Somnia veneris inhi-
 bet, tineas pellit ex aceto potū. Cōtra porriginē ex aceto infunditur capiti in so-
 le. Folia illinūtur, bibunturq; aduersus scolopendras & serpentū iētus drachmis
 duabus in vini duobus cyathis. Aduersus scorpionū iētus, aduersus scolopēdras
 45 ius decocti. Aduersus omnia venena seruantur folia arida in farinæ modum.

Calamintha.

Cap. XXX.



Calaminthę Dioscoridi tria sunt genera. Vñ montes plus amat, folijs ocymi candicantibus, surculis angulosis, flore purpureo. Alterum pulegio fecit simile, propter quod quidã syluestre pulegium vocant, quoniam & odorem eius æmuletur. Hoc Italiã nepetam tradit appellare. Tertium menthastri similitudine, longioribus folijs, caule & ramis q̄ superiora maioribus. Primum genus officinæ nũc *calamentum*, à Græcis tamen interpolato nomine, vocant. cū id montibus familiare, folijs ocymi canescentibus, ramis angulosis & geniculatis, flore purpureo. Secundum, quòd pulegiũ videatur imitari, nisi quòd folijs est aliis 10 quanto maioribus, *pulegium* vocant *syluestre*. Tertium methastro simillimum est, folijs & coliculis amplioribus, melino flore. hanc speciatim tam herbarij, quàm officinæ vocant *nepetam*, vulgus nostrum *herbã catorum*, quòd magna feles odoris huius capiantur voluptate. nanq; si vulsæ, vel hærenti cõtingat occurrere, ei sese statim adfricant, deinde magna aviditate ramos pascuntur. Quin & humo in qua 15 resederit iucundissime saburrantur, quapropter solo esu huius æluos concipere vulgus sibi persuasit. Medici hac experientiã freti mulieribus balineis aut infusionibus inserunt, vt ijs quæ desierunt parere restibilem adferant fœcunditatem, & ijs quæ non possunt vterum ferre, hoc fotu concipiendi facultatem moliantur, vt tandem iniecta genitalibus locis semina queãt animari. Verum authores solũ 20 habetur ex populo, nec tale quicq̄ apud classicum authorẽ inuenitur. quod ideo subiunximus, vt facilius hac protrita vulgi suasionem quærẽtibus possit cognosci. Sed notandum, calamintham Latinis authoribus fere nepetam appellari, quanq̄ Dioscorides vnã speciem priuatim voluit Italis nominari. Prorsus tanta est inter mentham & menthastrium & nepetam societas, vt mirũ non sit misceri quã 25 doq; ab authoribus, earũ & species & nomina. Nec est omittendum Nicædrum calaminthæ riguos natales & amnicos assignasse, cum proponat crepitantis ambitiosi q; fluminis vortices sequi, como sum frondibus calaminthum. frequens enim propter scatebras aquarum, & earũ margines erumpit, fluminibus gaudes. Græcam subtexuimus carminis seriem è theriacis,

ἡ τῆμος δὴ ποταμοῖο πολυῖρα γῆος χεῖ δῖνασ,

ἡ σφηλιῶ καλαμίνθον ὀπαῖζιο χαίτησαν.

ἡ πολλὴ γὰρ λιβάσι παρ' ἀβῆται, ἀμφὶ τε χεῖλη

ἡ ἔρεται, ἀρχαῖοισιν ἀγαλλομύνη ποταμοῖσιν.

Nepeta non fata nascitur. Calamintham cæta olim dictam fuisse testis est Strabo, quòd nonnullos scribit existimare Lacedæmonẽ ab Homero nõ cetoëssam à magnitudine, sed cætaëssam à calaminthę copia vocari. Omnium folia gustatu os accendunt, impensioq; sunt acria. Radix superuacua. Contra serpentiũ ictus vires habet pota & imposita. Decoctũ potu menses, & vrinas trahit. Ruptis, conuulsis, orthopnœæ, torminibus, cholericis, frigoribus remedio est. Præsumpta in 40 vino venenis resistit. Regium morbum discutit. Tineas cæteraque animalia vëtris extinguit cum melle & sale pota: sic & lumbricos enecat, in quem vsum cõteritur in potus. Estur ad elephantiam, vt serum lactis subinde post bibatur. Partus enecant folia, mulierumq; menstruos cursus extrahunt admota in vellusculo.

Fumo eius nidoreque serpentes fugantur. Atris cicatricibus candorem reddit in vino cocta & illita. emendat & fugillata. Imponitur coxendicibus ad euocandum ex alto noxium humorem, & cutim exulcerandam vi caustica. Vermes necat succus auribus instillatus. Decocta in aqua ad tertias discutit frigora, mulierum menstruis prodest, æstate sedat calores. Contra serpentes vsum habet, fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam & substernere in metu obdormituris vtile est. Trita ægilopijs imponitur. Capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus eius instillatus naribus supinis profluuium sanguinis sistit. Item radix cum myrti baccis in passo tepido gargarisata anginis medetur.

¶ *Thymum.*

Cap. XXXI.



Thymum magis aluearia curantibus, quàm olitoribus studiose conferitur. Sed nos quoque condimentorum causa (nam quibusdam est aptissimum) non alienum putamus etiam in hortis habere. Locum neque pinguem, neque stercoreatum, sed apricum desiderat. Semine & plantis, circa vernum æquinoctium feritur: melius tamen thymi nouellas plantas disponere.

quæ cum subactò solo depressæ fuerint, ne tarde comprehendant, aridi thymi fruticem contundi oportet, atque ita pinsito pridie quàm volueris vti aqua medicare. quæ cum succum eius perceperit depositis fruticibus infunditur, donec eos rectè confirmet. Flore sato, vt Theophrastus perhibet, nascitur. Semen thymi fallit, nec potest deprehendi. In mari quoque prouenire traditur extra Herculis columnas, quod in litus eiectum in pumicem durefcet, sicut & inibi frutex lauro similis occallescens in pumicem transfiguratur. In Heroo ad quem descendunt Aegyptij, si Theophrasto credimus, thymum virenti simile, sed pars quæ aquis emerfit duritia lapidis aspicitur. Color etiam floris in eo tanquam non absoluti. Floret sero circa solstitia, cum & apes decerpunt, & augurium mellis est, prouentum enim sperant apiarij largè florescente eo: sin defloruit, æstiuam melatio minus proba sequetur. Mel thymosum non coit, quod concrefcit minime laudatur. Læditur imbribus, amittitq; florem. Coalescere quidem thymum negant nisi in afflatu maris feratur, ideoque translatum ex Attica nõ durasse in Arcadia: nunc prouincia, vt inquit Plinius, Narbonensi lapidei campi thymo sca tent. Flores amicissimos apibus creat, qui colorent odorèntque mella, quod Virgilius in georgicis cecinit,

Redolentque thymo flagrantia mella.

Duo autem sunt genera eius, candidum radice lignosa, in collibus nascens, quod & præfertur. Alterum nigrius, florisque nigri. Dioscorides triuialem proposuit, frutice surculoso, multis folijs angustisque comato, capitulis in cacumine refertis, flore purpurascete. Hunc ideo vel album vel capitatum nominat. Galili thym nunc vocant, rura permulta maioranam Anglicam, officinæ thymum. nam dodrantalis & surculosus assurgit frutex, incauus folijs, minutis, immortalibus, flosculis ex purpura candicantibus, suauissimi odoris, capitellis specie complicatarum formicarum, radice lignosa. colitur in hortis. Gracili solo & petroso lætius exilit. Montes quidam in Gallia thymo fruticant. hoc genus condimenta

rio vsum notissimum. Alterum flore nedum folio nigricat, *elleborus* quibusdam appellatum. hoc Aëtius cibis damnauit, quòd intus receptū facile computreat, & biliosos humores creat. Thymum è Thyna laudatur ab Hippocrate. Est autem, vt inquit Galenus, Thyna quidam in Thracia locus. Percontatur Aristoteles cur in terra Attica cæteri fructus dulcissimi fiunt, thymum inibi acerrimū. Diluit controuersiam, quòd ager ille tenuis, siccusque videatur, quapropter parum humoris possident quæ nascuntur in eo. Fructus, quos lex naturæ dulces creauit, dulciores redduntur: qui ingenio suo pte sicci sed minime dulces proueniunt, suam ob inopiam tantum humoris retinent, quantum suo cõueniat generi. Sol quod dulcissimū inuenit ac leuissimum eximit. quapropter acerrimi relinquuntur qui humore superuacuo carent, quem fructus obtinent cæteri. Cum sale & aceto pituitam exinanit per aluum. Decocto prodest orthopnoicis, suspiriosisque cum melle. Tineas ventris exigit. Retardatos foeminarum menses, partus enectos secundasque pellit, vrinas ciet. Sumitur cum melle ad vitia pectoris excreanda. Collectiones recentes cum aceto litum discutit, sanguinem coire non patitur, thymos, & verrucas tollit. Ischiadicis cum vino & polenta impositum medetur. Sanis in victu pro condimento datum proderit. Thymum colligi oportet in flore, & in vmbra ficcari. Oculorum claritati multum conferre creditur tam in cibo quàm in medicamentis: item diutinæ tussi illinctu, faciles facere excreationes cum aceto & sale, longas faucium destillationes extrà illitum cum sinapi extenuare: item stomachi, & ventris vitia. Sanguinem concreescere non finit è melle. Modice eo vtendum quoniam excalfacit. Sistit aluum: quæ si exulcerata sit, denarij pondus in sextarium aceti & mellis addi oportet: item si lateralis dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace. Præcordijs medetur ex aceto cum melle: quæ potio datur in alienatione mentis, ac melancholicis. Datur & comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt & dormire illos oportere in molli thymo. Prodest orthopnoicis, & anhelationi, mulierumque mensibus retardatis, vel si mortui sunt in vtero partus, decoctum in aqua ad tertias: viris vero contra inflationes cum melle & aceto, & si venter turgeat, testisve, aut vesicæ dolor exigit. E vino tumores & impetus tollit impositum: item cum aceto callum & verrucas. Coxendicibus imponitur cum vino & articularibus morbis. quibus & potionem dant trium obolorum pòdere in tribus cyathis aceti & mellis. Luxatis tritum ac lanæ inspersum ex oleo imponitur: & ambustis cum adipe suillo, & in fastidio tritum cum melle.

¶ *Satureia.*

Cap. XXXII.



Symbra vulgaris est notitiæ. In asperis & gracilibus nascitur, similis thymo, sed minor atq; tenerior, ferens spicã floris plenã, coloris herbacei. Habetur & satiuã breuior syluestri, quæ propter minorẽ acrimoniam in cibos recepta est. Latinis *satureia* dicitur, Gallis nũc *sarrieta*, nunc *satrea*, pedali altitudine, fruticosa, surculosis vtrinque coliculis, folio hyssopi, flosculis per intervalla ex purpura cãdicãtibus, odore saporẽque gratissimo. Seritur in hortis ad obsonia condienda, alioqui in asperis & saxosis nascitur: sed inibi thymo similior, quàm hyssopo, nisi quòd mollior est, ferens spicam floris plenam. hæc medicinæ vtilior,

illa cibus gratior. Columella cum cepinæ femina sparguntur, præcipit ijs satureiæ semen immiscédum: nam & viridis esui est iucunda, nec arida inutilis ad pulmē-
taria condienda, quod hodie seruatur olitoribus. Thymbram tamen nonnihil à
satureia discrepare sentit idem author, hoc senariolo,

5 Et satureia thymi referens, thymbræq; saporem.

Nam cum apibus quoq; destinasset pabulationes, adiecit regionem desiderari fœ-
cundam fruticis exigui, maximè thymi aut origani, tum etiam thymbræ, vel no-
stratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant. Ibidem subdidit, saporis præcipui
mella reddit thymus, thymo deinde proxima thymbra, serpyllúmque & origa-
10 num. Tertiæ notæ sed adhuc generosæ marinus ros, & nostras cunila, quam di-
xi satureiam. Constat itaque nostratam cunilam & satureiam eandem herbam
intelligi Columellæ: sed transmarinam retulit cunilam magis aluearia curanti-
bus, quàm olitoribus studiose consitam. Quam condimentorum causa (vtpo-
te quibusdam esculentis aptissimam) non alienum putat in hortis haberi, sed ne-
15 que locum pingue, neque stercoreatum, sed apricum desiderare, vt quæ macer-
rimo solo per se maritimis regionibus nascatur. hinc transmarina (vt opinor)
dicitur, quæ viuacior est quàm vt impèsius curanda sit. Columella itaque thym-
bram à satureia discreuit, & nostratam cunilam esse docuit quam rustici voca-
rent satureiam colore floris purpureo, thymbram verius herbaceo. Quintus Se-
20 renus satureiam speciem thymbræ notauit, quasi thymbra nõ absoluta voce sed
cephalote thymbra diceretur, quã Plinius cunilam capitatam semel tãtum, quod
inuenerim, in opere toto nuncupat. Idem decimonono volumine thymbram cu-
nilam esse tradit, inquiens, Thymbra vero, quæ sit cunila, hæc apud nos habet, vo-
cabulum & aliud, satureia dicta in condimentario genere. Seritur mense Februa-
25 rio origano æmula. Hanc ferro tangi non expedit. Sed cunilæ Plinio præter sati-
uam, quæ satureiæ nomine, vt ostensum est, intelligitur, multa sunt genera. Quæ
bubula appellatur semē pulegij habet. hæc origanus Plinio, qui plerisq; locis ori-
ganum nõ aliter quam cunilam bubulam conuertit. Columellæ magis syluestre
videtur origanum, dicitur heracleoticum eodem authore. Tertiũ genus est eius
30 quæ Græcis mascula, nostris cunilago dicitur, odoris fœdi, radicis lignosæ, folio
aspero. Tradunt manipulo eius abiecto omnes etiã à tota domo blattas conue-
nire ad eam. Mollis cunila ramis ac folijs, hispida lanugine obducitur, tritãque
mellis habet odorem, digitis tactu eius cohærentibus. hanc Franci vocant *encen-*
sariam, pilosioribus folijs ac ramis & aculeatis, senis flosculis luteis. Altera est
35 quam libanotidem Plinius tradit appellari. Hæc est quæ vulgo (ni fallor) *rosma-*
rinus dicitur, topiarius frutex, & coronarius, folio pinnato, herbaceo, subter in-
cano, striato, thuris odore, flore cæruleo, femine atro, exili. Hac Narbonensis
prouinciæ tractus adeo scatent, vt non temere lignum aliud vrant. Seritur in hor-
tis magna diligentia apud nos: de quo nonnihil in propria mētione docebimus.
40 Thymbra veluti thymo delectantur apes. Paulus thymbræ duo genera, sylue-
stre, quod ad eadem quæ thymus pollet: satium, quod viribus ignauius est, sed
vsui cibario gratius. Nascitur supra thymbram quidpiam quod cirrorum mo-
do comas, & ramos crebro volumine complicat, sæpenumero purpurascens, id
quod Paulus, quòd supra thymbram proueniat, epithymbron vocauit. Atram
45 bilem perinde atque epithymum per aluum exigit. Nonnihil tale per origanum

irrepere conspeximus, quod cirrosa capillamentorum specie cacumina cōuoluit vt expediri non possint. Galenus per thymbram thymorū nomine videtur fuisse complexus, cum pluraliter thyma vocauerit, nec alibi inter simplicia thymbræ meminerit. Farina eius ex vino pota medetur pulmonis, thoracis, & vesicę vitij. Ciet vrinas, mēses pellit. Herba ipsa cum floribus veterinosos excitat olfactu, aut coronæ modo capiti imposita. Succus cum rosaceo auribus infunditur. Cum triticea farina coxēdicibus illinitur. Satureię vsus marcescētes coitus stimulat, quare à Satyris nomen eā traxisse cōmīscuntur. Stomachi cōcoctiones adiuuat, fastidia discutit, hebetes oculos exacuit. Satiua estur vtilius, quoniā minori placeat acremēto: syluestris etiam ad sanorum vsus probatur. Eadem quæ thymus præstat si modo consimili detur. Cunila mollis trita mellis odorem reddit, & altera thuris, ideo libanotidem appellant. Medetur vtraq; cōtra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiā contritæ cum aqua sparsæ necāt. Satiua suos habet vsus. Succus eius cum rosaceo auriculas iuuat: ipsa ad ictus bibitur. Fit & ex ea montana serpyllo similis, efficax contra serpentes. Vrinam mouet, purgat à partu mulieres, concoctionem mire adiuuat, & ad cibos auiditatem. Vtraq; in cruditate ieiunis in potione datur. Luxatis quoque vtilis. Contra vesparum & similes ictus ex farina hordeacea & posca vtilissima quæ à Græcis mascula, à Latinis cunilago vocatur, odoris foedi. Aduersus scorpiones ex posca pollet. Tribus folijs ex oleo peruncto homine fugari serpentes tradunt.

¶ *Serpyllum.*

Cap. XXXIII.



Erpyllo, vt Theophrasto placet, montes pleriq; & plana scatēt, sicut in Thracia, deferentēsq; ex ijs auulso ramos ferūt, nanq; seminio comprehendere negant. Sunt qui tritum exiccatūmq; solo crediderunt, nullū tamen erupisse germen testantur. Crescit in altitudinem quancunque adminiculo fultum, vel vicinis sepibus innixum. Lætissimum profilit in puteorum parietibus circa piscinas & stagna, squaloribus obnoxium. Aqua ei modica satisfacit, fimo præcipuè iumentorum gaudet, transferendum quoque sæpius censent. Radix ei multifida, sublimis, retorrída. Autumno cōmodius feritur. Apud quosdam thymum penitus redolet. In montibus natum satureiæ refert odorē, vehementissimum illum quidem, sed mollem atq; gratum. Serpyllum immortali coma viret, sempérque nōnihil quærit, cui caducum incubet. Duo eius genera. Satiuum Plinio non serpit, sed ad palmi altitudinem increfcit. Pinguius voluntarium, id est syluestre, candidioribus folijs & ramis. Dioscoridi contra syluestre, quod priuatim zygis vocatur, non repit humi, sed rectum exilibus ramulis & lignosis attollitur, folijs rutæ, oblongioribus & angustioribus, flore gustu acri, odore iucundo. Hortense sampfucum imitatur, odore coronamentis quæsitum. quod vbicunque terram attigerit, illico radicatur: ipsūmq; se propagat, folia & ramulos fundens origani, candidiores tantum. Galli nunc *serpuletum* vocant, herbam condimentario vsu notissimam, folijs sampfuci sed minoribus, acri odore, flosculis subpurpureis, humi cum oritur serpentē, incremēto sese attollentē palmi altitudine. Serpyllo montes apud nos plerique vestiuntur. Syluestre ramulos tenues & furculaceos subrigit, rutæ folijs, odore suauioribus, angustioribus atque longioribus.

ribus. In hortis apud nos serpyllū non colitur, cum colles nobis abunde suppedi-
tent. Nec aliud inter voluntariū, & hortense putauerim discrimen, nisi q̄ edomi-
ta cultus mangonio feritate fatiuis commitescit, & horridiore, syluestrique depo-
sita facie, ad speciosiore[m] habitum, altit[er]m[us]q[ue] conditionē humana diligētia redi-
gitur. Quare vt in hortorum delitijs nimia humoris copia luxuriet, longēq[ue] ma-
gis fatiatum vireat: sic fracto rigore pristino, delicatius per se ramis inualidiori-
bus stare nequit, sed vietū per terram serpit. illa mollis & insolens indulgentia ro-
bur herbarum infirmat. Ergo cum vtrunq[ue] serpyllum caducam nanciscatur cō-
ditionē, magis humi reptabit cultum quod infirmius est, q̄ voluntariū quod ver-
naculum rigorē tutatur. Quoddā tamen inuenitur in cultis à syluestri non oriū-
dum, quod humi nō serpit sed potius in altitudinē increfcit. Quod si placet Plin-
niū Dioscoridi recōciliare, verisimile est ei fatiuū nominari. Id ocymo nasci con-
stat, quod neglectum degenerat in serpyllum: non omnino tamen ingenij prioris
oblitum, in altum erigitur, nec humi sessile reptat. Nicandri quisquis fuerit enar-
rator hoc discrimen sentiēs, duo refert serpylli genera syluestre & vrbānū, quod
ocymum intelligitur, incuria cultoris in serpyllum descuiisse. Nicander his notis
repræsentauit, Serpyllum sese diffundit, viuāxq[ue] vliginosam pascit humū, folijs
radiculas agentibus innixū. nam magna ex parte lambere terram conspicitur, &
noua continuo sobole vel propagine sese radicat, vt interpret[is] cōcinne subiūxit,
non aliter q̄ hedera, reliquis floribus sese quadā vertigine cōuoluens adreptit, de-
pascēsq[ue] cōplectitur. Sed verba Nicandri subdidimus, ἡ ἐρπύλλοιο νομαίσι

ἢ φιλόζωος νοπερὶ τῶ ἐπιβόσκου αἰαν,

ἢ ζώου λασίσι τὸν ἀεὶ φύλλοισι κατὰ τῆς.

Efficacius calfacientiūsq[ue] voluntarium fatiuo, & ad vsum medicinæ accōmoda-
tius. Menses vtrunq[ue] trahit, vrinā potu ciet. Torminibus, ruptis, vulsis, & inflam-
mationibus iocineris auxiliatur. Serpētium morsus potu vel illitu iuuat. Capitis
dolores mulcet coctū adiecto oleo rosaceo & aceto madefactū. Maximè phreni-
ticis & lethargicis cōuenit. Cruētos vomitus sedat succus drachmis quatuor ex
aceto potus. Pinguius voluntariū aduersus serpētes efficax, maxime cenchrin &
scolopendras terrestres ac marinas, & scorpiones decoctis in vino ramis & folijs,
Fugat & eos odore, cominus si vratur. Contra marinorū venena præcipue valet.
Capitis doloribus in aceto decoctum illinitur tēporibus ac fronti, cum rosaceo:
item phreniticis & lethargicis. Contra tormina & vrinæ difficultatem, anginas,
vomitiones drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur ad iocinerum dolores. Fo-
lia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto. Ad cruentas excreationes teritur
in cyathis duobus aceti & mellis.

¶ *Sampfycum, amaracus.*

Cap. XXXIIII.



Ampfycum perpetuo viret, & coronas suis ramis intorquet.
Radix ei retorrída, summo cespite leuiter hæres, multifida. Flo-
ret æstate, non omne, sed quod Phrygiū cognominant. semen
ei copiosum, odor molliter iucundus. Seritur vtroque genere
& semine & ramo magnopere viuax. Transferri quoq[ue] plantæ
solent. Sampfycum in Cypro laudatissimū & odoratissimum
vnguentis expetitur, fitque oleum quod sampfycinum vocatur aut amaracinū.

Amaracum Diocles medicus & Sicula gēs appellauere, quod Aegyptus & Syria sampfucum. Vbi diligēter est animaduertendum, apud veteres tum poetas, tum oratores idem fuisse sampfucum & amaracum. quod Plinius plerisque locis sentit, itidem Dioscorides cōfirmat. Poetis Lucretio, Virgilio amaraci nomen vrsupatum est. Virgilius,

- .. Vbi mollis amaracus illum
- .. Floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra. Lucretio similiter,
- .. Aut amaracini blandum stactæq; liquorem.

Columella Romanorum hortos excolens, potius sampfuci nomine fuit vsus, sic canens,

- .. Grataque iam veniant hilari sampfuca canopo.

Amaracū comitatur hæc fabula. Cynaræ regis Cypri puer Amaracus dum ferret vnguenta, casu quodam lapsus alabastrum confregit. qui cum nimio dolore confectus intabuisset, versus est in sampfucum, quæ herba ex eius nomine coepta est amaracus appellari. Vides ergo inter amaracum & sampfucum illis classicis authoribus, nihil nisi appellationis solius discrimen adnotari. In cōtraria sunt sententia Galenus, & Paulus, quibus multi recentiorum medicorum accedunt, qui longè aliter de amaraco sentiunt, dissidentes & viribus & natura plantas testati, cum tanquam diuersarum seorsum locis varijs mentionem faciāt, sampfucūque in tertio calfacientium, & siccantiū censu collocent: amaracū in secundo siccare volunt ordine, & tertio calfacere. Quid ergo vetustioribus, Dioscoridi, Plinioq; fuerit sampfucū, videndum. Vterq; tradit Siculam gentem amaracū appellare quod Aegyptus & Syria sampfucum. Dioscoridi serpit in terra ramusculis multis, folijs hirsutis, rotūdis, calaminthæ tenuioris similibus, quam tradit à Romanis nominari maioranam. hoc nomen hodie Gallia seruat. *Persam* vocat Italia herbam sesquipalmum altam, iucundo odore, surculis lentè rubentibus, folio piloso, penè rotundo, semine copioso, quod bullulis quibusdam continet, radice per summa cespitum, flore candido, pusillo. Iis itaq; Plinij Dioscoridisq; decretis idem esse constat sampfucum & amaracum. Sed quid Galeno Pauloque, quorum sententiæ maior medicorum pars est addicta, iam est ostendendum. Dioscorides author est parthenium herbam à quibusdam amaracum dici, folijs coriandri, tenuibus, flore per ambitū albo, intus melino, odore graui, sapore amaro. Hos constat itaq; scriptores cum eorū sequacibus amaracū pro parthenio tãdem vsurpasse, præsertim cum nusquã inter simplicium facultates aliquid de parthenio posteritatis memoriæ prodiderunt, nisi quòd Paulus inter deicientes medicinas parthenium tradat siccum esse, & modo quo epithimum, aut alypon atrabilem per aluum ciere. quod idem Dioscorides in vtriusq; testatur mentione. Plinius parthenium & leucathen & amaracum tradit appellari, sed librariorū menda deprenditur tamnacū pro amaraco scribentium. Amaracus ea est herba Galeno Pauloque, quam maiores dixere partheniū, nunc officinæ vocant *matricaria* vt in propria docebimus mentione. Marcellus hallucinans congenerē esse sampfyco, sed diuersis locis natam putat, & ob id diuersas sortiri vires. Traxit eum in errorem varia sampfucini, & amaracini mistura, quæ tam à Dioscoride q̄ Plinio seorsum, & varijs locis reddita est. Sed non herbarum inibi tam varietas q̄ aliter temperantiū hoc vnguentum regionū deprehenditur. Nam illa ratione in Cy

zico conficiebatur & amaracinum vocabant, vbi nobile vnguentū fecit Amara-
 cus Cyzicena, omnino ab sampfucino discrepans. Sed erratum euidentius est, q̄
 vt refelli desideret. siquidem sampfucus iucundo placet odore, sed amaracus si-
 ue parthenium magnopere viroso fastiditur, ob id mulieres vuluæ strangulatū
 5 opportunæ solent hanc odorari, nomēq; matricariæ recens indiderunt. Illa ro-
 tundo folio canescit, hæc fronde coriandri viret. Illa pufillo flore candicat, hæc
 luteum fundit, albis melinum coronantibus folijs, vt in anthemide seu chamæ-
 melo. Sed quid plura? hæc bilem & pituitā per aluum exigit, illa ne ciere quidem
 deprehenditur. Vis eius excalfaciens. Succus decocti ad incipiētem aquam inter
 10 cutem potu utilis: & ijs quos vrinæ difficultas aut tormina discruciant. Illita ex
 melle arida folia, fugillata emendant. Retardatos menses subdita in pefso tra-
 hunt. Scorpionibus aduersantur ex aceto & melle lita. Cum cera verò luxatis &
 tumoribus profunt. Cohibent & oculorum inflammationes, tumorēsq; cum po-
 lenta. Acopis malagmatis excalfaciendi causa miscentur. Sampfucum in Cypro
 15 laudatissimum & odoratissimum. Scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illi-
 tum, menstruis quoque multum cōfert impositum. Minor eidem potu vis. Co-
 hibet oculorū epiphoras cum polenta. Succus decocti tormina discutit, vrinis &
 hydropicis utilis. Mouet & narium sternutamēta. Fit ex eo oleum quod sampfu-
 cinum vocatur, ad calfaciendos emolliendōsq; neruos. Vuluas calfacit. Folia
 20 fugillatis cum melle, & luxatis cum cera profunt.

¶ Melilotus, fertula Campana.

Cap. XXXV.



Elilotum Latini fertulam Campanam vocāt, Cato fertam Cā-
 panicā, itidem Columella. Coronas ex hac antiquitus factitatas
 indicio est nomē fertulæ quod occupauit. Flos eius coronamētis
 25 dicatus est. Est enim in Cāpania Italiæ laudatissima, & vt nostri
 volunt, Græcis Attica in summo probatissima, vbiunque verò
 recens, nec candicans, & croco quā simillima, quanquā in Ita-
 lia odoratior & candida: mox Chalcidica, vbiunq; vero asperis & syluestribus
 nata. Odor eius croco vicinus, & flos. Ipsa cana placet, maximè folijs breuissi-
 30 mis atque pinguiſſimis. Melilotos arida diutius odorem continet. Columella in-
 ter aromata, quibus defrutum condiri soleat, fertam immiscuit Campanicam.
 Dioscorides hanc, vtpote triuialem, nō depinxit, circa Nolam tamen Italiæ gi-
 gni, coloris lutei, odore languido tradit. Verum tria eius inueniūtur herbariæ rei
 prudentibus fastigia, vulgare statim ab radice fruticosum, cubitale, flagellis exili-
 35 bus, coma trifolij, minuta ac lentè fimbriata, flosculo melino, odoris eiusdē cuius
 & herba, nempe suavis, tereti ac per ramos diffuso semine. Alterū aspectu cano,
 croci odore, ac flore, pinguiſſimis ac breuissimis folijs. Tertiū simile fœnogræco,
 folio raro, semine in lunata siliqua, glauco, rotūdo, infra sinapis amplitudinē, flo-
 re luteo, odorato. Nascitur vbiq; græco nomine Gallis, nedū officinis, nobilior,
 40 ac latino. Sūt tamen qui *pratellum* appellent, & *coronam regiam*. Non est tamen cō-
 mittendum, vt cytisi cum his generibus cognatio pariat confusionem. siquidem
 plerunque diligentis oculi sic aciem rerum similitudo præstringit, vt vicinitate
 captus alterum pro altero sumat. Vt tamen fallacia, si qua sublit, detegatur, na-
 res erunt consulendæ, quæ si vacillent oculi facile corrigent errorem. Nanque

cytisi folia digitis friata subolent erucam, melilotus magis crocum iucundo sequitur odore. Gustus quoque discrimen facile prodet, nanque cytisus mansu cicer resipit. De primatu fertulæ Campanæ non satis inter Dioscoridem & Plinium conuenit. Plinius modo Atticam, vt Dioscorides, prætulit, modo eã quæ in Campania Italiæ prouenit: Dioscorides cõtrà Chalcedoniam aut Chalcidicã magis probauit. Quæ verò in Campania gignitur luteo languet colore, sed infirmior odore sentitur. Secũdas partes Chalcidicæ Plinius assignauit, quare subesse in alterutro mendum suspicor, librarijs nunc Carchedonẽ, quæ vox Carthaginẽ exprimit, nũc Chalcedonẽ, nunc Chalcidem, facili lubricoq; lapsu, scriptitantibus. Sed similis veri fuerit vtrobiq; Chalcedoniã legendum, nam Cyzenã cum primis cõmendauit Dioscorides. Cyzicum enim Propontidis ciuitas est, in agro Byzantinorum ex aduerso. Chalcedon, si Stephano credimus, oppidum Bithyniæ, iuxta Ponti sinum, è regione Byzantij. cuius Strabo in duodecimo mement, sinistra parte Os Ponti dici, dextra Chalcedonem. Quare cum Dioscorides in Cyzeno natam laudasset, statim in satis vicina Chalcedone proueniẽtem, velut vernaculam ferè vel indigenam, commendauit. Chalcis oppidum est in Eubœa situm iuxta Euripum, vnde Chalcidicam nominari satis cõstat. Vim habet astrictoriam. Inflammationibus imponitur omnibus emolliendi gratia, præsertim oculorum, vuluarum, sedis & testium decocta in vino. Aliquando & addito oui luteo, aut fœnigræci farina, aut lini semine, aut polline molario, aut capite papaueris, aut intubo. Per se vero in aqua contra recentes meliceridas efficax est. Ulcera in capite manantia, cum terra Chia, & vino, aut galla inunctis sanant. Stomachi dolores in vino decocta vel cruda cum aliquo ex supradictis leuat. Doloribus aurium mitigandis cruda ex passo instillatur. Madefacta in aceto aut rosaceo capitis dolorẽ lenit. Sertula Campana oculis medetur cum lacte, aut cum lini semine. Maxillarum quoque dolores mitigat, & capitis cum rosaceo: item aurium è passo, quæq; in manibus tumescunt, vel erumpunt: stomachi dolores in vino decocta, vel cruda. Idem effectus est ad vuluas, testes, & sedem prociuiam, quæque ibi sunt vitia. Recens ex aqua decocta vel ex passo, adiecto rosaceo, illinitur ad carcinomata. Deferuescit in vino dulci peculiariter, & cõtra meliceridas efficax. Laudatissima in Attica. Vbicunque recens nec candicans & croco quàm simillima, quanquam in Italia odorator est candida.

¶ Marum. Acinos.

Cap. XXXVI.



Arum, vt Dioscoridi placet, herba fuit cognita vulgo, furculosa, flore origani, folijs multo candidioribus, flore odoratiore, & natura sisymbrij, substringēs & modice calfaciens. Plinius rarã inuẽtu, peregrinãmq; putauit esse, quare duntaxat inter odoramenta duodecimo libro collocauit, ita scribēs, In Aegypto nascitur marũ peius q̃ Lydium, maioribus folijs, ac varijs: illa breuia, minuta, odorata. Quidã existimãt Lydium marũ Plinio fuisse, quod Dioscoridi Magnesiũ, cũ sit Lydiæ Magnesia ciuitas, penes Sipylũ, in cuius vicinia Caria est, in qua Tralles, vbi marũ nascitur. Non tamen, vt decernã, idem est Plinio marũ, quod Dioscoridi. nã Dioscoridi genus quoddã origani videtur designari, satis triuiale, quapropter etiã origanis appellatur. Plinius tanta breuitate picturã

eius perstrinxit, vt quale id fuerit non facile possit intelligi, inter tamē exoticas
 nō vernaculas stirpes seorsum retulit. Verū nihil prorsus de maro, nec Galenus
 nec item Paulus in simpliciū censu docuerunt: nisi quòd Galenus libro de anti-
 dotis marum depingit, similémq; facit amaraco, sed odoratiorem, vt credi pos-
 5 sit sub mari huius nomine amaracū contineri. Huc facit quòd vetustissimi qui-
 dam Dioscoridis codices nullum suo loco, nec alibi insertum marū ostendunt.
 quare forsitan non alienum fuerit putare, hoc marum historiæ Dioscoridis ac-
 creuisse: auxitq; suspiciōē, quòd prima Dioscoridis verba postremis parum vi-
 deantur respondere, qui tradat omnibus cognitam, cum tamen in nostro orbe,
 10 sed in Magnesia & Lydiæ Trallibus plurimum nascatur: acceditq; opinioni in-
 solens authoris modus, qui semper cōgeneres herbas simul vno loco recenset,
 hanc tamen ab origani familia constanter exploserit. Vna tamen inuenitur pas-
 sim, folio ferè nostratis origani, longiore atq; hirsutiore, & ob id quadam tenus
 candicāte, floribus sisymbrij, nō sic in corollas digestis, sed sparsim emicātibus,
 15 odoratis, quam herbarij *mentam* appellant *syluestrem*. Quanquam putauerim ca-
 laminthæ generibus annumerandam, cum potius nepetas quàm origani species
 constet exprimere. Habent & Arabes suū marum, sed penitus diuersum, & ma-
 gnis ambagibus impeditum: inter quas illam satis sit indicauisse, quòd species e-
 ius sunt melissophyllon, marrubiū, & buglossa, quo nihil dici poterat ineptius.
 20 Nec mihi tamen illud abierit indictum, Aeginetam Paulum radiculae cuiusdam
 herbæ mentionem in medicinalis materiæ censu fecisse, quæ mamiras nomine-
 tur, ijs verbis, Mamiras radícula est herbulae nodosis tuberibus cincta, quæ cica-
 trices, albugines creditur extenuare cum detergēdi naturam sortiatur. Hæc ra-
 dix satis videtur repræsentare quæ nunc *doronicum* officinis & herbarijs nomina-
 25 tur, cum adferatur radícula tenuis, prædensis & extuberantibus nodis quasi ge-
 niculis distincta. Si lingua consulatur, dulcis sapor inuenitur, statim in quendam
 lenem amarorem degenerare, qui confestim euanescit, quare albugines & cica-
 trices exterere gustus docet. Arabes doronicum contra venenatorū morsus im-
 primis commendarunt, eiq; tertiā calfaciendi siccandiq; sedem assignarunt: ni-
 30 hil tamen ex tam breui deliniatione Pauli, potest in solidum statui, solum qua-
 dā verisimili coniectura id possumus consequi. Ei natura sisymbrij, substringēs
 & calfaciens modicè: quamobrem nomas si linatur compescit, & calidis inun-
 ctionibus miscetur. Copiosissimū Magnesiæ atq; Trallibus. Acinos Diosco-
 ridi herba tenuibus siccisque surculis, ocimo similis, odorata, sed hirsutior, qua
 35 coronæ factitantur, à quibusdā *syluestre* dicitur *basilicum*, Latinis ocimastrū, quòd
 plane ocimum imitetur. Plinius acinum & coronarum causa & ciborum serere
 Aegyptios tradit: eandēq; esse quæ ocymū, nisi hirsutior ramis & folijs esset,
 & admodum odorata, æquinoctio nascens. hanc epitreton vocant. Nunquā flo-
 ret in hortis: gratia ciborum obseritur. Theophrastus, vnde Plinius hæc mutua-
 40 tus est, epimetron (sic enim ipse nominat) nunquam florere scribit. Sed mirum,
 grauissimos authores Plinium, & Dioscoridem in huius herbæ medicinis cōtra-
 ria præcipere. Alterum ea posse cieri menses & vrinas, altero contineri. Hippo-
 crates epipetrum ad tumores & inflammationes commendauit illitu, folijs eius
 decoctis, & impositis. Acinon Paulus ocimo consimilē prodit, mediocres astrin-
 45 gendi vires possidere: quare ventrem, & menses potu sistit. Ad panos, & ignem

sacrum vtiliter illinitur. Differt acinos ab acano, quòd acinos ocimastrum est, siue syluestris ocimi genus, multis cognitum: acanos spinosa, breuis, & lata herba, eryngio quibusdam contributa, spinis latioribus. Acinos familiaris Aegypto coronarum & ciborum gratia feritur. Multis locis sponte prouenit. herba admodum odorata est. Sunt qui eam cum hortésibus serant. Aluum sistit & menses potu. Ad panos & ignem sacrum illinitur. Herbula in cadis aut fictilibus per hortos feritur, basilici minoris cognomento, surculosa, ramulis teretibus, folio ocymi, multo minore, diluti viroris, flosculo candido, semine perquã exili, atro, radice nigra. Herba tota suauissimum spirat odorem, & vsq; eo facie tota, reliquóq; habitu ocymum æmulatur, vt ocymastrum vel pumilum ocymum merito nominari possit.

¶ *Baccharis.*

Cap. XXXVII.



Baccharis herba fruticosa, generis coronarij, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, anguloso caule, cubitali altitudine, subscabro, circa quem coliculi agnascētis modo solibus funduntur, floribus in purpura candicātibus, radice veratri nigri, cui odor inest cinamomo proximus, gracili solo, nec humido proueniens. Nostrates officinæ hanc non norunt. Rura apud nos *diuæ Mariæ chirothecas* appellant, hancq; nectunt in coronas. Baccharim esse facile potest intelligi, cum fruticosa sit herba, cuius folia quandam referunt asperitatem, media violæ verbasciq; magnitudine, caule anguloso, cubiti altitudinē petente, agnatis appendicibus quadam tenus scabris, flore purpureo, subalbicante, radicibus nigro veratro similibus, cinamomum subolentibus. asperum squalidúmque solum amat. Paulus odoratam esse tradit herbam, odore cinamomum imitantem, quæ coronis dicari solet. Bacchare fascinum depelli Virgilius author est, ita canens, Bacchare frontem

„ Cingito, ne vati noceat mala lingua futuro.

Vnguentum fieri ex eius radice solitum Hippocrates, & Cephisiodorus, & Aristophanes poetæ testes sunt. Addit Cephisiodorus & pedes eo lini consueuisse, vt ægyptio manus, sisymbriino brachium, malas & papillas palmeo, amaracino comam & cilia, serpyllino ceruicē & genua, quod & in comœdia cecinit Antiphanes. Baccharis, inquit Galenus, Hippocrati Lydium quoddam vnguentum significat. Simillimum bacchari combretum Plinius facit, sed procerius & foliorum exilitate vsq; in fila extenuatum. Qui baccharem eandem esse cum asaro putet, vt recentiorum permulti, falluntur, quorum errorem non difficile fuerit explodere. Nam baccharis radix veratri nigri æmula, cinamomi est odore: radix vero asari exilis est in anfractum nodosa, nardi odore. Folia illi scabra violæ & verbasci magnitudine, huic plane læuia & prorsus hederacea. Illa ramosa, cubitalis: hoc foliosum, humile. Eorum quoque error corrigendus est, qui bacchar rusticum nardum appellauere. est enim, teste Plinio, herba sic nominata, quam Græci vocant asaron, cuius speciem figuramque supra diximus. Quinimò asarum inuenio vocitari, quoniam in coronas non addatur, baccharis vero coronamentis addicta est. Plutarchus symposiacorum tertio perpulchrè demonstrat ligustri florē, crocum & baccharem odore somnos allicere, & ad placidam quietem potos perducere.

causatúrque; lenem auram ac blandum odoris effluuium, quo in temulentorum corporibus obortæ inæqualitates aspritudinésque; sensim dissipentur, & exterantur, conciliatáque; tranquillitate crapula retundantur, excoquatúrque;. Marcellus in citando eo Plutarchi loco, in mentione asari manifeste cæcutiuit, pro cypro id est ligustro, cyperum, id est triangulum iuncum, aperto errore vertens, cum doceat Plutarchus quædam coronis inseri vt capitis grauitatē depellát, vt violas, rosas: quædam vt somnum accersant, vt ligustrum, crocum, baccharem. Nanque; triangulo iunco nullus flos ab authoribus tribuitur, aut si quis inueniatur, tam exilis fallit, vt in coronamenta necti non posset: sed multo magis ligustri flos, qui & pulcher & odoratus est, illitúsque; fronti, capitis dolores lenire à Dioscoride Plinióque; scribitur. quare merito coronis annectebatur, vel ad discutiendam capitis grauitatem, vel ad appellandū somnum. Radicē eius decoctam in aqua bibere conuulsis, euerfis, ruptis, anhelatoribus salutare est: item in tussi vetere, & mensium, & vrinæ difficultate. Contra serpentes in vino data auxiliatur. Recēs apposita ex vtero partus elicit. Succus decoctæ puerperis insidentibus prodest. Conditur cum diapasmate, odoris gratia, qui iucunditate commendatur. Folij proprietates est spissandi, ideóque; capitis doloribus illinitur. Epiphoris oculorum, mammis tumentibus à partu, ægilopijs incipientibus, & ignibus sacris auxiliantur. Odor somnū gignit. Vestibus odoris gratia inseritur. In medicinæ v su est. Auxiliatur contra serpētes, capitis dolores feruorésque; item epiphoras. Mammis lacte turgentibus, ignibus sacris & ægilopi. Radicem bibere spasticis, præcipitatis, suspiriosis salubre. In tussi vetusta radices eius tres quatuórve decoquuntur ad tertias partes. Hæc quoque; potio mulieres ex abortu purgat, laterū compunctiones tollit, & vesicæ calculos pellit. Odor somnum accersere dicitur.

Ruta.

Cap. XXXVIII.

Rutam Dioscorides vtpote triuialem non depinxit, fruticem grauissimi odoris & saporis, semper virentem, folio paruo, penè rotundo, cæsi coloris, denso, surculosis ramis, flore luteo, angulosis calycibus ceu capitulatis filiquis, in quibus albū semen continetur. Seritur passim in hortis, alioqui in apricis & siccis nascitur. Rutam autumnò semine satam Martio differre oportet in apricum, & cinerem aggerare, runcarique; donec conualescat, ne herbis enecetur: sed velata manu id tentandum est, quam nisi contexeris, perniciofa nascuntur vlcera. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, & prurigo atque tumor inceserit, oleo subinde perungito. Eiusdem frutex pluribus annis perdurat innoxius, nisi mulier quæ in menstruis est contigerit eum, & ob hoc exaruerit. Interdumque; naturam arboris adipisci cōspicitur. Hyemem horret. Odit humorē ac simum, cum olera cætera maximè diligant. Apricis gaudet & siccaneis, terra quàm maxime lateritia, cinere vult nutriri. Hic & sementi miscetur vt careat erucis. Locis apricis solius cineris aspersione contenta est. Loca desiderat altiora, vnde humor elabatur. Si tamen in hortis, vt Theophrastus est author, falsis irroretur aquis, lætior profiliet. Seritur semine & surculo, & à se ipsa. nanque; incuruato cacumine alicuius fami, cum attigerit terrā statim radicatur. Semina vel adhuc clausa folliculis, sigillatim manu defiguntur. Si iam mi-

nuta sunt sparsa iactantur, & obducta raſtro cooperiuntur. Caules qui ſemini-
bus incluſis nati ſunt fortiores erunt, ſed ſero naſcentur. Ramuli eius cum ali-
qua corticis parte conuulſi pro plantis tenebunt. Surculus ſi in perforatam fa-
bam adactus pangatur, melius proueniet, eumq; indito ſucco comprehendendo
nutriet. Nonnulli ramulos eius pertuſo bulbo inſerunt, atq; ita obruunt, alie-
no vigore ſeruandos. Proſequuntur etiam maledictis, & maximè in terra ſoluti
lateris ponunt, quod affirmant prodeſſe. Rutam furtiuam prouenire fertilius pu-
tant. Non effodi frutex ſed optat auelli. Immundæ mulieris attactum reformi-
dare ſuprà docuimus. Ruta, vt Græci rei ruſticæ prudentes ſcriptum reliquerunt,
ſimum horret, apricis lætatur. Ideo per hyemè cinere cupit ali, ſic enim natiuus
calor frigoriſ obſiſtit. Ficilibus melius ſeritur. Immundæ mulieris & acceſſum,
& omnè prorsus attactum metuit: ſiquidè eo confeſſim, vt inquit enecatur. Sub
fici vmbra libètius acquieſcit. Percotatur Ariſtoteles ſuis in problematis, quam
ob cauſam ruta fico inſita pulcherrima vberrimãq; prodeat. Inter corticem in-
ſeritur obductoq; luto fouetur. Reſpondet rutæ radicem fomētum teporẽq;
deſiderare, itaque circumdata cinere iuuatur: ficus vero calida dote prædita eſt,
quod eius ſuccus omnium acerrimus docet, tam aura quam copioſam eructat,
quàm fumus quem etiam abunde expuit. Habet itaq; calorem atq; humorẽ ta-
lem qualem etiam cinis. Si ergo ille poſſit opitulari, multo magis ficus, quæ co-
piam atque vigorẽ eo plus ſuppeditabit, quo cineris humor non aſſiduo profun-
ditur, aut perpetim ſtillat. Fici vero iugi irrequietoq; confluuiio manat, vtpote
cum arboris ſuccus ex toto conſumi non poſſit. Theophraſtus quinto de plan-
tarum cauſis rutam quæ ſeratur in fico credidit optimam ac probatiſſimã pro-
uenire, quam cortici infixam ſerere & obruere terra conſueuerunt. Euenitq; vt
accedens rutæ nutrimento ficulneũ lac calore ſuo opem illi ferat, quemadmo-
dum & conſperſus cinis, ſiue id fiat ne radices vermiculentur, ſiue vt eius ſalu-
gine facilius coaleſcant. Sed ij laudatiſſimi ſemper authores quadam inſitionis
adoptione in fico rutam meliorẽ fieri contendunt. Plinius cõtrà amicitiam eſſe
rutæ cum fico tradit in tantum, vt nuſquam lætior proueniat quàm ſub hac ar-
bore. Dioſcorides verò cibus commēdat rutam quæ propter arborem fici ſub-
naſcitur, reliquam ferculis abdicauit. Plutarchus autem velut inter hos compo-
nens medius inceſſit, ſympoſiacorũ quinto ſic tradens, Ruta quæ ſub ficu pro-
ſilit aut annaſcitur illi, & ſuauior & ſapore mollior habetur. Cauſam ſubiungit,
quod vel eam ficus aliqua dulcedine recreet, vel grauitatem ſatietatẽq; reſtin-
guat. Niſi potius contraria ratione ficus alimentum alliciẽs ad ſe, ſimul acrimo-
niam aboleat. Sic vtranq; ſententiam Plutarchus cõfirmavit. Authoritas etiam
peculiaris apud antiquos rutæ fuit, vt muſtũ rutatum populo Romano dari ſo-
litum inueniatur. Cicuta rutæ aduerſa cognoscitur, probabili argumento, quo-
niam colligentes rutam manus cicutæ ſucco muniunt. Sculptores pictorẽſq; ru-
ta vtuntur in cibo propter viſum. Muſtela cum ſerpẽte dimicatura in murium
venatu rutam prius edit. Pythagoras marem minoribus herbaceiq; coloris fo-
lijs diſcreuit à fœmina: eam lætioribus folijs & colore. Rutã fascinationis amu-
letum eſſe tradit Ariſtoteles in problematis, cauſamq; reddere conatur, tum ef-
fascinari ſe credunt, cum aut voraciter edant, aut incommodorum quorundam
tenentur ſuſpicionẽ, vel cibum quem aſſumunt, habent ſuſpectum. itaq; cum de

mensa eadem quid priuate sibi capiunt, participem intuentem faciunt, affanturque cum impertiant, ne me fascines. Ergo cibum cum perturbatione vorabunt, nec quid ebibent, aut esitabunt sine flatu, qui hauriatur vna & simul ingeratur. Quare obrem intruso spiritu tormina mouentur & cruciatus excitantur. Igitur praesumpta ruta, suapte vi, & calfactoria dote, vas quod recepit cibos elaxat: quo fit ut inclusus spiritus facile per patentiores angustias euadat. Sed quoniam de fascinatione sermonem fecimus, de ijs est disserendum, qui effascinatorem habent oculum. quod & apud Theocritum & Virgilium poetas, apud etiam historicos, philosophos, oratores non nihil inuenitur memoriae proditum. Virgilius Ma-

ro perpulchre cecinit,

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

In Africa familias quasdam effascinantium Isigonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Esse generis eiusdem in Triballis & Illyrijs, adicit Isigonus, qui visu quoque effascinantur, interimantque quos diutius intueantur, iratis praecipue oculis. quod eorum malum facilius sentire puberes. Notabilius esse, quod pupillas binas in oculis singulis habeant. Huius generis & foeminas in Scythia, quae vocentur Bithyae, prodit Apollonides. Philarchus in Ponto Thibiorum genus, multosque alios eiusdem naturae, quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigie: eosdem praeterea non posse mergi, ne veste quidem degrauatos. Haud dissimile his genus Pharnacum in Aethiopia prodidit Damon, quorum sudor tabentibus corporibus adferat. Foeminas quidem omnes ubique visu nocere, quae duces pupillas habent, Cicero quoque apud nos est author. Solinus meminit quasdam in terra Aphrica familias, hominum voce atque lingua effascinare, quae si impensius forte laudauerint pulchras arbores, segetes laetiores, infantes amoeniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur repetite. Quae propter male audiunt apud doctos, qui fascinum rideant, & aniles existimant esse nugae. Cum & rerum euenta prorsus famae suffragentur, non protinus historijs fidem derogare consentaneum est, si vel aucupium causae, quo potiri nequeamus, nos fugiat. Siquidem innumera ferè sunt omnibus conspicua, quorum ratio non possit iniri. Quare qui scrupulosius in peruestigandis singulorum rationibus versantur, ex omnibus naturae miracula summovent. Etenim ubi nos causae ratio deficit, hinc dubitandi manat exordium, hoc est philosophandi. idcirco philosophiam modo quodam conantur abolere, qui prodigiosis naturae miraculis fidem non habent. Sed quod ad effascinationem pertinet, quoniam pacto fieri soleat, id ratione: quod verò plerumque fiat, hoc historijs petendum est. Permulta id genus posteritatis memoriae tradita sunt. Plutarchus est author homines quosdam suo conspectu pusionibus negotium exhibere, quod videlicet eorum habitus, humoris imbecillitatisque causa, in peiorem degeneret conditionem. Qui vero solido concretiorique constant corpore, vitium hoc non sentiunt. Quanquam incolentes Pontum Palethebeorum familias referat Philarchus, non infantibus modo, sed & adultis quoque perniciosas esse: quippe quum spiritum earum, vocem & conspectum admittentes, intabescere & corripì morbo cognoscantur. argumento quod hanc labem sentiant & hospites, & qui frequens cum eis ineunt

commercium, illinc emptitia mancipia statim abducentes. Neque forsitan minus

fuerit mirabile: nam contactus & miscella perquam euident, iam vitij continent
 rudimentum. Et quemadmodum cum aquilarum pennis mistæ reliquarum alitum pen-
 næ absumuntur, neque eam labem sentiunt cum alijs teneris ac mollibus etiam pu-
 trescentibus: sic nihil intererit hominis cuiusdam salubrem esse tactum, alterius
 verò noxium & molestum haberi, qui nimirum visos iniuria laceffat. Sic aucu-
 pium causæ, quod difficulter assequimur, fidem vix habebit. Atqui iam is vesti-
 gium & semitam inuenit causæ, qui ad corporum effluvia perrexerit, quando vox,
 odor, & emanans spiratio, quidam sunt animalium halitus, & partes sensum mo-
 uentes, cum ab ijs occurfantibus afficiuntur: longe magis simile veri fuerit, ab
 animantium corporibus, ut quæ calore potiatur, quandam auram expirari, præ-
 fertim cum motum perinde quasi pulsam aliquam & conturbationem spiritus
 excitet. A quo corpus perpetim agitatam effluvia quædam eructat, multo ma-
 xime oculis expui perspicuum est. Siquidem visus crebro motui obnoxius, cum
 spiritu ipsum eiaculante quandam vim igneam & mirabilem diffundit, ita ut hoc
 authore permulta & agat, & patiatur homo. Voluptatibus enim capitur, ac re-
 bus visis illectus. Amoris, qui quam maxima & violentissima animi noscitur af-
 fectio, visus fundamenta iacit, sic ut amandi facultas hinc profluat & effunda-
 tur, velut ad eos proueniens, quos perpulchros & elegantes prospexerit. Ideo quæ
 maxime demirari quisquam eos posset, ut mea fert opinio, qui & visu hominem
 consentire & affici molestia credunt, non item agere & nocere. Etenim mutuus
 eorum respectus, qui forma & pulchritudine præcellunt, quodque procidit oculis
 ac manat, siue lumen, siue profluxio quædam fuerit, amantes tabe conficit, per-
 mista dolori voluptate, *γλυκύπικρον* quasi dixeris dulcimarum appellant. Neque tan-
 gētibus aut audientibus visu venit adeo animos vulnerari, vel desideria refrica-
 ri veluti inspiciētibus & ijs qui inspiciuntur. etenim talis intestinus ardor distri-
 butioque, à visu proficiscitur. Sed prorsus amorem inexpertos existimare oportet
 qui mirantur medicam naphtham. ad quam vndeunque vel è longinquo visam
 protinus transfilit ignis, quem statim illa concipit, tanta est horum cognatio. Ve-
 nustæ siquidem formæ spectrum suum quauis eminus iaculentur, attamen igni-
 culum in animis animantium succendunt. Atqui remedium regij morbi memo-
 ria repetendum est. Galgulus vocatur avis, quæ si spectetur, sanari id malum tra-
 dunt. Talem videtur ales sortita naturam, ut alliciat ad se vitium atque rapiat, ip-
 sumque oculis effusum tanquam effluuium adsciscat. Galgulus verò, quem puto
 græcè vocari charadriion, regio morbo laborantem nec cernit nec tolerat, sed o-
 culos concludens genasque committens auersatur, non inuidens ut nonnulli cre-
 dunt hominum saluti, sed perinde quasi ictum accipiens vulneretur. Cæterum ut
 reliquos taceam morbos, lippitudinem concipiunt qui cum tentatis ea versen-
 tur. tam perniciousam vim possidet oculus, ut in alterum eiaculetur vibratque vitij ru-
 dimentum. Sed cum ex noxis, quibus corpora nostra patent, quædam ab animo
 prodeunt ut fascinus, quoniam pacto vitium ad spectatos per visum deleget, iam
 est differendum. Nemo potest inficiari quin animus affectus, suum corpus male
 habeat. Non vides ut rei venereæ cogitatio genitales partes titillet, atque surri-
 gat? Nonne canum furores ijs certaminibus, quæ cum feris ineunt, visus aciem
 prestringunt, imò frequenter penitus excæcant? Nunquid auaritia, mœror, æmu-
 latio colores immutant & habitum digerunt? Nec his minus inuidia, quam indue-

rit animus, improbitate corpus explet. quam pictores dum pulchrè atq; insigni-
 ter exprimere conantur, faciem inuidiæ deliniant. Itaq; quoties inuidia flagran-
 tes, ita truces fixerint oculos, vt vicini & propter astantes animi maleficium alli-
 ciant, perinde quasi iacula veneno delibuta proruent. Nec enim id velut absur-
 dum abhorret à ratione, nanq; videmus canum morsus incandescentiū ira mul-
 to molestiores esse. Genituras humanas melius coalescere tradunt, quoties pro-
 prius amantes applicuerint. Et, vt summatim loquar, affectiones animi vires cor-
 poris firmant, atq; vegetiores reddunt. Quapropter familias hominum quæ fa-
 scinum amoliri traduntur, aduersus inuidiā pollere, & esse remedio putant, vi-
 su scilicet præstigijs abstracto, quo suam aciem innocentius affectis adigat. Sed
 ratio videtur illegitima moneta percuti, quando si pro veris statuamus, quæ cō-
 plures de fascinatoribus prodiderunt, id ignorandū profecto non est, quod ver-
 nas, amicos, familiarésq;, nonnunquā patres effascinantem habere oculum arbi-
 trétur, sic vt ijs vxores quos sustulernut liberos non ostendant, nec sinant diu-
 tissime talibus cerni, quibus omnis faceffit inuidiæ suspicio, nec eius vlla subesse
 labes creditur. Quis herum erga famulos & parentem in filios liuoris insimula-
 bit? Sed quid de ijs est dicendum, qui, vt tradunt, seipsi fascinarunt. Nam id po-
 steritatis memoriæ poetis mandatum est, cum Eutelidas miser vir in ambitio-
 so flumine se conspexisset, ipse sibi hanc fascini perniciem consciuit, ac confe-
 stim ineuitabilem contraxit noxam. verba subdidimus authoris,

Ευτελίδης αὐτὸν βασκαίνειν ἰδὼν ὀλοφώσιος ἀνὴρ

Διὶ κεντὶ ποταμῷ, ὃν δ' αὐτίκα γέσσης ἀεικίης.

Eutelidas enim pulcher alioqui sibi visus cum sui amore deperiret, in ægritudi-
 nem lapsus pristinum corporis habitū cum venustate perdidit. Sed audenter est
 adfirmandum omnes animi affectiones si permanentes diutius hæserint, impro-
 bos habitus creare. qui quando naturæ robur adsciuerint, quauis occasione con-
 citi, identidem inuitos etiam in peculiare & assuetas trahunt affectiones. Si ti-
 midos obseruaueris, inuenies quæ sunt eis salutaria reformidare: iracundos ami-
 cissimis fore difficiles: lasciuos & amatores, etiam moribundos à pudicissimis si-
 bi temperare non posse corporibus. Siquidem consuetudo vehementer ad hoc
 pollet, vt propriā exigat affectionem. Sic enim in errorē prolabi necessum, qui
 supramodū offensis pateat, & occurrentiū iniurijs sit obnoxius. Nec miratu di-
 gnū, eos qui pertinacem inuidentiæ notam aut fascinatorē in se crearunt habi-
 tum, ad id quod suū est pro affectionis natura moueri: motos sic, quod apti sunt,
 non quod volūt, præstare. Vt enim orbis circulari vertigine rotatur, & cylindrus
 suo more secundum figuræ discrimen volutari cogitur: sic inuidiosum affectio
 inuidenter ad omnia mouet. Cæterū eis magis officere par est, quæ propria sunt,
 & quorū desiderio tenentur. Sic optimus ille Eutelidas, & quotquot effascinasse
 se non ab re traduntur, illud mihi perpeti videtur. Bonus habitus qui residet in
 summo, vt Hippocrates est author, tutus non est. Corpora ad summū vigorem
 progressa non persistunt, sed velut æqua lance librata in contrariū ruunt, haud
 difficile summa quæq; deturbantur. Itaq; quando sibi vberius incrementū ven-
 dicarūt, ac melius habentes q̄ sperarent sese conspexerint, sic vt cum se miran-
 tur, & corpus explorant, iam mutationi locus est, & habitu in deteriorem noxā
 grassante se possunt effascinare. Quod fieri potius solet defluxionibus aquarū,

æquore, vel speculo resilientibus, sic vt in ipsos videntes respirent, & reciproco
 iaculatu in suos retorqueatur authores, peculiariſq; veneficij tandem luant pœ-
 nas, & eiſdē quibus cæteros, ſe fascinoſ labefactent. Sic infantes plerunq; ſe pro-
 prio vitiant fascino, cauſam tamen huius falſo cõuentibus eos aſcribunt. Vt
 enim ſpectrorum, quæ inuidētes eiaculantur, nulla poteſt iniri ratio, quanquam
 neq; ſenſu prorfus, neq; impetu vacent, ſed maleficij & effaſinationis labe ia-
 ctantium referciuntur, ea quòd diutius ijs quos fascinoſ volunt inſiderunt im-
 buta veneno, corpus & mentē conturbant & ſua vitiant ſorde: ita putandū eſt
 hominem opinione fascinoſ quodam modo, quod in ſermone diuinitus factū
 aut mirabili quodam effectu accidiffe prædicat. Hæc ad authorem Plutarchum, 10
 ne ſua laude defraudemus, referuntur, quæ ex ſympoſiacorum quinto quòd ad
 rem facerent vertimus, quo poſſemus indoctos græcè pleniore beneficio deme-
 reri. Quapropter & remedia quæ contra eiufmodi maleficia produntur, ſubdi-
 dimus. Faſinationibus adoratione peculiari occurrebat antiquitas, quibus &
 frontis corium reſiſtere credidit. Eadē faſinationes repercutiebat ſiniſtræ dex- 15
 træq; clauditis occuſu. Palmarum lignum in pomo oſſeum, dente limatum
 contra faſinationes poliebatur. Satyrion, quæ orchis cognominatur, & fœmina
 creditur eſſe, diſtinguitur internodijs & ramoſiore frutice, radice fascinoſ utili.
 Rutam faſinationis amuletū tradit Ariſtoteles. Alyſſum in domo ſuſpenſum,
 refert Dioſcorides, ſalutare amuletum contra faſinationes, hominum quadru- 20
 pedūmq; generi. Sed ad rutam redeamus. Reſenti rutæ ſurculo obturatis auri-
 bus finiri capitis dolores Græci exiſtimant. Succo eiſ, vt aiunt, cum melle At-
 tico iuncti diſcuſſerunt caligines & ſuſfuſiones, vel cum lacte mulieris puerum
 enixæ, vel puro ſucco angulis oculorum tactis. Quod & pecudibus & iumentis
 etiam cõferre putant. Succus, eorum claritatem exacuit. Addunt, generationes 25
 impediri hoc cibo, ideo præcauendū grauidis vt hoc abſtineant, necari enim par-
 tus inuenerunt. Semen quindecim diebus potum vſq; eo prægnantibus inimi-
 cum fertur, vt fœtum in vtero perimat abortūque vitiet. Cum vino ſumptum
 ſerpentium venenis reſiſtit. Comitibus itidem remedio eſt. Thoracis dolores
 ſoluit. Aures cum vino & roſaceo purgat. Lenit capitis dolores pota cum vino 30
 aut cum aceto & roſaceo illita. Eadem cruditates diſcutit, mox inflationes, &
 dolores ſtomachi veteres. Vulnas aperit corrigiq; conuerſas illita in melle to-
 to ventre & pectore. Hydropicis cum ficu decocta ad dimidias partes bibitur:
 item ad pectoris, laterum, lumborūmq; dolores. Contra tuſſes, ſuſpiria, pulmo-
 num, iocineris, renūmq; vitia pollet, horrores frigidos, crapulæ grauedines. Tor- 35
 minibus in hyſſopo decocta cum vino prodeſt. Sanguinē ſiſtit interiorem & na-
 rium indita. Collutis dentibus auxiliatur. Auribus in dolore ſuccus infunditur.
 Succus exprimitur tuſa ea & aſperſa modicè aqua, & in pyxide Cypria ſerua-
 tur. Hic copioſior datus veneni noxiam obtinet, quod cicutæ ſucco extingui-
 tur: adeo vt venenorum venena ſint, quando cicutæ ſuccus prodeſt manibus 40
 colligentium rutam. Cæterum antidotis inter prima miſcetur, pro antidoto fo-
 lijs tritis & cum vino ſumptis. Contra aconitum, ixiā, fungoſq; ſiue in potu
 ſiue in cibo detur: item contra ſerpentum ictuſ, vtpote cum muſtelæ cum ijs di-
 micaturæ rutam prius edendo ſe muniant. Valent & cõtra ſcorpionum & ara-
 nearum, apum, crabronum, veſparum aculeos, & cantharidas, & ſalamandras. 45

Ad canis rabiosi morsus acetabuli mensura succus è vino bibitur, & folia trita & commanducata imponuntur cum melle & sale, vel cum aceto & pice decocta. Succo que perunctos, aut eam habentes, negant feriri ab ijs maleficijs: serpentesque, si vrratur ruta, nidorem fugere. Ruta Dioscoridi aut est montana syluestriisque, aut satiua & hortensis. Longè acrior est montana, & ad vsum & cibos minus idonea. Hortensi amicitia est cum fico in tantum, vt nusquam lætior aut esculentior proueniat quàm sub hac arbore. Vtrunque genus feruet, vrit, exulcerat, vrinas pellit, menstruos cursus ciet, aluum citam cohibet, cibo potuque. Aduersus venena pro antidoto valet, semine in vino acetabuli mensura epoto. Folia cibos antecedentia per se aut cum arida fico, aut nucleis iuglandium, venenorum vires hebetant, & corpus contra tales iniurias muniunt. Contra serpentes non secus adsumuntur. Generationem tam cibo quàm potu restinguit. Cum anetho sicco decocta tormina discutit. Bibitur ad laterum ac pectoris dolores, tussim, suspiria, pulmonis, articularum, coxedicumque vitia, & remedium febrium horrores & frigora, vti dictum est. item ad inflationes coli, vuluæ, rectique intestini, ita in oleo deferuescat & perluatur aluus. Vuluæ strangulatus aperit, trita cum melle, tota pube vsque ad sedem oblita. Cum oleo decocta vëtris animalia pellit. Dolores articulares illita cum melle comprimit. Cum fico tumores hydropicorum inæquales compescit, in ijs decocta in vino ad dimidias bibitur salutariter. Cruda conditave cibo visus aciem exacuit, oculorum dolores cum polenta mitigat. Lenit capitis dolores cum aceto & rosaceo illita. Trita sanguinem cõtinet narium indito puluere. Testium inflammationibus cum laureis folijs imposita, eruptionibus papularum cum myrteo cerato prodest. Vitiilignes candidas cum pipere & nitro cõcorporat. Cum iisdem thymos & formicas tollit. Cũ melle & alumine lichenibus infricatur. Succus in malicorio feruefactus auribus in dolore efficaciter infunditur. Idem succus inunctis cũ succo foeniculi & melle oculis visum clarificat, & caliginem cum sensere discutit. Ignem sacrum, & quæ serpunt vlcera, quæque manant è capite cum aceto, cerussa, & rosaceo emendat. Acrimoniã cepæ & allij post māducatus extinguit. Montana ruta si copiosior estur veneni modo necat. Sub florẽ legentium eam & muria condientium manus exulcerat, inflata etiam cute cum pruritu & ardore vehementi. Proinde rutam carpturi defensis oleo manibus & facie colligunt. Aiunt pullis gallinarum succo eo perfusis arceri feles ab auarijs. In Macedonia nascentẽ rutam iuxta flumen Haliacmon qui ederint negantur euadere. Montanus is est locus & viperis scatens. Semen interaneorum vitij efficacax, immiscetur antidotis. Frictum contra incontinentiam vrinæ datur, vt diebus septem ebibant.

¶ *Syluestris ruta.*

Cap. XXXIX.



Væ de syluestri ruta à fronte capituli statim traditur in Dioscoride, ascititia mihi videtur, quanq̃ alibi à Dioscoride prodita fuisse constat. Nanq; postposita nomēclatione, quæ subduntur hyperici propria sunt: siquidẽ odor assignatur ei resinofus, ideo chamæpitys aliquibus nominata, frutice surculoso, rubescente, luteo flore, qui digitis tritus sanguineum humorẽ excernat, qua occasione quidam hãc androsæmon, id est viri cruorẽ vocauerunt: folli-

culo tereti, in rotundum prælongo, similitudine hordei, claudente semē atrum, resinā subolens. Nascitur culto & gracili solo. Vrinās cit & mēses addita. Quartanis eliberat si è vino bibatur. Folia cum semine partibus quas frigus adusserit illinuntur. Propter coxendicum morbos diebus quadraginta præbetur bibenda. Eadem verbotenus de hyperico paulo post Dioscorides asserit, nec ijs plura: quare dicta hæc adiectitia esse euidentius est quàm vt probari mereatur. Adde, si vetustissima quæque tam latina quàm græca consulantur exemplaria, nihil tale se offeret lectitandum. Quare si quispiam hanc partem totam expunxerit, nihil huic scriptori fuerit allaturus detrimenti, sed potius quod verticulo suo desilierat, in propriam sedem restitutus. Sed nos nomine syluestris rutæ audimus eam quæ in Cappadocia nascitur & Galatia, nuncupatam moly, fruticem ab radice vna complureis virgas fundentem, folijs multo longioribus, & tenerioribus quàm rutæ, graui odore, candido flore, capitellis amplioribus paulo quàm satiuæ, tripliciter diuisis, in quibus semen triquetrum, subrufum, & amarissimum sapore, cuius in medicina est vsus. Semen autumnō maturescit. Hoc genus herbæ quidam armala vocauerunt, Cappadoces moly. quandoquidem à vero moly non omnino discrepat huius facies, radice videlicet pulla, & candido flore. Colles amat & læta. Nunc hanc Arabes *harmelam* appellant. Legitima est huius delinatio vetustissimis Dioscoridis codicibus inserta, hac forma, Collibus & fœcundis aruis inuenitur, neq; specie neque odoratu rutæ similis, sesquicubitali proceritate, cauliculis teretibus, folio minuto, rumicis effigie, sed crispo, flosculis ex luteo candicantibus, odore viroso, filiquis tripartito distinctis, paulo quàm satiuæ longioribus, in quibus triangulum semen, subrufum continetur. Nunc nostræ officinæ Barbaros imitatae *harmelam* aut *agrestem rutam* appellant. Quæ tamē nomenclationes contra Dioscoridis morem in calce capituli, quod syluestri rutæ dicatum est, subditæ sunt, ad sequens moly magis videntur pertinere. Quod apertissimè Galenus indicauit de moly, inquit, Aliqui & hoc syluestrem rutam nominant, aliqui harmolam, Syrii besafam, quemadmodum & Cappadoces moly, cuius radix nigra est & lacteus flos. Qui de syluestri ruta simul cum satiuæ egit, vtriusque naturam eadem mentione complectens. Laudatissima herbarum fuit, Homero teste, quam vocari à dijs putant moly, cuius inuentionem Mercurio assignauit, contraque summa Circes veneficia demonstrauit, decima Odysseæ rhapsodia,

» ὡς ἄρα φαίνεται πόρε φάρμακον ἀρχιφόντης,

» ἐκ γαίης ὄρυσας, καί μοι φύσιν αὐτῆς ἔδειξεν.

» ῥίζην μὲν μέλαιαν ἴσκει, γάλακτι δὲ εἰκελὸν ἄνθος.

» μάλιν δὲ μὲν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δὲ τ' ὄρυσας.

» ἀνδράσι δὲ θνητοῖσι, θεοὶ δὲ τι πάντα διώωνται.

Quodq; in transformationibus Ouidius dixit,

» Pacifer huic florem dederat Cyllenius album,

» Moly vocant superi, nigra radice retentum.

Et quod in Priapeis carminibus auditur,

» Hinc legitur radix de qua flos lacteus exit.

» Quam cur moly vocant? mentula moly fuit.

Phæneo & Cyllenæ Arcadiæ vernaculum tradidit Theophrastus, speciē illa Ho

merica, radice rotunda nigraque, magnitudine cepæ, folio scyllæ. Effodi autem
 difficulter Homerus cecinit, negat Theophrastus. Aliqui authores Græci flo-
 rem eius luteum pinxere, cum Homerus candidum scripserit. Plinius in Cam-
 5 pania aliquot diebus effossam ægrè inter difficultates saxearum, & allatam sibi me-
 minit, radicis triginta pedes longæ, ac ne sic quidem solidæ sed abruptæ. Dios-
 corides moly verum folio graminis pinxit, latiore, fessili, & in terram iacente,
 flore violæ candidæ, simili lactei coloris, amplitudine potius purpureæ violæ,
 candido caule cubitorum quaternum. Cacumini nonnihil adiunctum est allio simi-
 le, radice oblonga, bulbosa. tale verum est moly. Dicitur & moly ruta Galatiæ,
 10 quemadmodum & Dioscorides & Galenus appellari eam testantur. Aliud tamē
 Plinio videtur esse molon, quod scapo striato tradit esse, folijs parvis, mollibus,
 radice quatuor digitorum, in qua extrema allij caput est. Vocatur à quibusdam
 scyron, anhelantibus & stomacho prodesse credita. An fuerit eadem cum mola
 herba, cui Galenus similem bulbo radicem assignavit, quam Dioscoridis fretus au-
 15 thoritate, vteri laxare spiracula meminit, non ausim adfirmare. Sylvestris ruta po-
 ta comitialibus morbis & coxendicibus prodest, menstrua quæ substiterint ex-
 timulat, in vtero partus extinguit. Horridior quàm fatiua, & ad effectum va-
 lentior. Cibis respuitur, quoniam periculum adferat. Succus è sylvestri contra
 tarditatem, & sonitum cum rosaceo vel laureo oleo, cum melle infunditur.
 20 Idem phreniticis instillatur in tempora & cerebrum. Addunt aliqui & serpyllum
 & laurum illinentes capita & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfacien-
 dum. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ succum in cyathis quatuor
 ante accessiones, quarum frigus intolerabile est. Alsiosis crudam dari in cibo iu-
 bent. Urinam quoque cruentam pellit. Hippocrates purgationes, secundasque, etiam
 25 emortuos partus, ex dulci vino nigro extrahebat. Itaque etiam vulvarum causa
 suffire iubet. Diocles cardiacis imponit, ex aceto & melle cum farina hordeacea.
 Multi contra purulentas excreationes siccae drachmas duas, sulfuris vnam & di-
 midiam sumi censent: & contra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Dederunt
 cum bitumine infictam potioni propter anhelitum. Sumitur & dysentericis cum
 30 caseo in vino trita. Pythagoras oculis noxiam putavit falso, quod pictores & scul-
 ptores hoc cibo utuntur oculorum causa, cum pane quoque propter visum. Ex alto
 delapsis tres uncias dederunt, & in olei libra, vinique sextario linunt cum oleo co-
 ctis folijs partibus quas frigus adusserit. Psoras, lepras cum melle & alumine illita
 emendat: item vitiligines, rugas, strumas cum taurino seuo vel hircino, & adipe
 35 suillo: igne sacrum ex oleo & cerussa: carbunculum ex aceto. Imponunt mammis
 decoctam, & pituitæ eruptionibus cum cera, testium epiphoris cum ramis lauri teneris.
 Sylvestri ruta cum axungia veteri illitos ramices sanari produit, adeo peculiari in vi-
 sceribus his effectu: fracta quoque membra semine trito & cum cera imposito. Radix
 sanguine oculis suffusum discutit. In toto corpore cicatrices aut maculas emen-
 40 dat illita. Mirum est cum feruentem eius naturam esse conueniat, fasciculum in rosaceo
 decoctum eum aloës uncia, perunctis sudorem reprimere. Conceptionem hoc cibo
 impediri tradunt, ideo profluuium genituræ datur, & venerem crebro per somnia
 imaginantibus. Quadrupedum morbis in maximo usu est, siue difficile spirantibus,
 siue contra maleficorum animalium ictus, ex aceto infusa per nares ex vino: aut si san-
 45 guisugam exhauserit, ex aceto. Hos effectus omnes fatiua vel hortensis mitius

exhibet. Contra venena quæ sibi metipsi homines excogitant primū est illud Homericum moly: item contra magicas artes. Inter prima efficax ad vulvas aperendas cum irino velleribus collecta. Syluestri rutæ Aëtius quartam excalfacientium & resiccantium classem assignat & satiuæ tertiam. Rufus syluestri igneā vim tribuit, & vlcera tricem, maxime vesicæ.

¶ Panaces. Ligusticum.

Cap. XL.



Anaces generibus continetur pluribus. Syriū nascitur vnguentis, quod & in Psophide Arcadiæ circa Erymāthi fontes gignitur. Ferula sui generis quinq; cubitorū, folijs quaternis, mox senis, humi stratis, ampla magnitudine rotundis, in cacumē oleagineis, semine in muscarijs dependente. Radix autumnno, caulibus messibus inciditur. Pretium in libras bini asses erant candido. Laudatur in primis candor eius coacti: sequēs pallido statera: niger colos & molities improbat, id enim argumētum est cera adulterati. Id quod è Macedonia defertur bucolicon vocant, quoniā armentarij succū excipiant erumpentē sponte. Hoc celerrime euanescit. Alterū genus heracleū vocant, & ab Hercule inuentū tradunt, quoniā est origano simile, radice inutili. Tertiū panaces chironium cognominatur ab inuentore. Foliū eius lapatho simile, maius tamē & hirsutius, radix parua. Nascitur pinguibus locis. Eius flos efficacissimus, eoque amplius quā supradicta prodest. Hoc genus aliqui cum inula cōfundunt, quia repræsentetur lapathi folio, maiori tamen & hirsutiori, aureo flore, radice longa. Quartū genus ab eodem Chirone repertum, centaurium cognominatur, & ab alijs pharnaceon, in controuersia inuētioni à Pharnace rege deductū, alijs Chironi Centauro, alijs Pharnaci regi originem assignātibus. Seritur hoc longioribus quā cætera folijs & ferratis. Radix odorata. Siccatur in vmbra, vinōq; gratiā adijcit. Huius duo genera fecere, alterum lenioris folijs, alterum tenuioris. Theophrastus primum genus heraclium vocauit, folio magno & lato vndique sesquipedem, radice digitum crassa, bifida trifidāque, gustu subsulso, odore thuris. Dioscoridi panaces heraclion, ex quo succus opopanax dictus excipitur, plurimum fert Bœotia & Psophis Arcadiæ, industria maximè olitorū, qui quæstum ex eo faciunt maximū, folijs in terrā iacentibus, insignitēq; virentibus, asperis, vt ficulnea videri possint, quinquepartito laciniatis per ambitum, caule ferulaceo & altissimo, lanuginem candidam ostendente, & folia circum minuscule, vmbellā anethi sustinente, flore luteo, semine odorato feruentiq; in ore, plurimis ab vno principio radicibus, multi falsiq; corticis. Gignitur Cyrenis in Aphrica, itémq; Macedonia. Excipitur lachryma radice incisa cū recēs eruperit caulis, ea redditur candida vbi adaruerit. Croci exterius præfert colorē. Quod defluit è vulnere folijs substratis & area circumpauita & puluillis inclusa concrefcere patiūtur, mox tollunt. Manat & messibus laxato plaga caule, modōq; eodē excipitur. Laudantur radices candidæ, quæ carie asseruatæ non sentiant, gustu qui linguam accendat, odoratūsq; sit. Semē optimū quod in media ferula in muscarijs eius continetur. Minus vtile quod in agnascentiū stolonū cacuminibus macilentum dependet. Succus probatur amarissimus sapore, internè candidus & subrufus, extrā nocēs, lenis, pinguis, friabilis, tener, facile tabescens, odore graui: dam-

natur niger, ac mollis. Adulteratur ammoniaco, aut cera. Coarguitur si digitis ex aqua teratur, namque syncerus diluetur ac elatescet. Inuenitur apud nos herba caule ternum quaternumve cubitorum, geniculato, lanuginoso, folijs primo quaternis, mox senis, in terram iacentibus, ficulneorum similitudine, in fastigium longis, femine in umbella pendulo ut anethi, flore luteo, odorato, radice candida, longa, corticosa, quam vulgus Gallicum *panaiam* appellat. verum nullus ea succus elicitur. Herculana princeps panacia, quae suo nomine omnium morborum remedia promittit, dijs inuentoribus ascripta. Radice eius euulsa religio erat impleri scrobem vario frugum placentarumque genere, in mercedem videlicet & piamentum terrae. Tussi medetur panacis radix in vino dulci. Eadem lieni succurrit. In mulso si vesica scabiem sentiat, eius radice sanatur. Tormina discutit panaces, praeterquam a cruditate. Panos sanat cum melle: carbunculos rumpit. Phagedaenarum remedio monstratur, quod nomen esurientium est ulcerum. Ischiadici leuantur panace pota. Medetur radices podagrae morbis. Omnium generum radices peculiariter longinquis morbis remedio sunt. Comitiales sanantur panacis, quam heracleam diximus, radice pota cum coagulo vituli marini, ita ut sint panacis tres partes. Omnium generum radix illinitur manantibus. Siccat priuatim quam chironiam diximus. Cum melle trita tubera aperit. Ulceribus quae serpunt, item deploratis auxilio est, cum aëris flore vino temperata omnibus modis, vel flore, vel femine, vel radice. Hydropicos sanat. Iocineris vel laterum contorsionibus medetur. Cum polenta vetustis vulneribus prodest. Semen cum absinthio menses cit & sudores: ipsumque è vino potum vulvas purgat, appositumque cum melle. Secundas morantes vel partus emortuos radices appositae extrahunt. Virtus ei, ut placet Dioscoridi, excalfacere, tenuare, mollire: ideoque ad horrores & circuitus februm conuenit, rupta, conuulsa, lateris dolores, tusses, tormina, strangurias. Contra vesicae scabiem cum aqua mulsa aut vino desumitur. Menses trahit & partus extinguit. Inflationes vuluae & duritias discutit. Resolutus ex melle inungitur eo & coxendicum dolor. Acopis & capitis medicaminibus immiscetur. Carbunculos idem rumpit. Podagris cum vua passa linitur. Causis dentium inditus dolore liberat. Contra canis rabiosi morsus in pice collectus singulariter proficit. Ad claritatem oculorum excitanda illinitur. Radicis rameta vuluis admoliuntur ad extrahendos infantes. Ulceribus vetustis, & ubi carnes ab ossibus recesserunt, opponitur trita cum melle. Semen cum absinthio deuoratum purgationes menstruas reddit. Venenatorum ictibus cum malo terrae prodest. Contra vuluae strangulatus in vino bibitur. Panaces asclepion dictum aiunt, quonia filiam Aesculapius Panaciam vocauerit. Huius radicem Theophrastus multi & falsi corticis haberi dixit, quod quidem priori generi a Dioscoride tribuitur. Nascitur caule tenui, cubitali, geniculato, circa quem folia foeniculi funduntur, sed maiora tamen hirsutioraque, odorata in cacumine umbella, ubi flos emicat aureus, acris gustus & odorati. Radix parua est & tenuis. Huius flos atque semen cum melle ulceribus, tuberculis, phagedaenisque imponuntur. Profunt & serpentium ictibus si bibantur ex vino, & illinantur ex oleo. Est & heraclion appellatum Herculi adscriptum inuentori, quod ab alijs organum syluestre intelligitur. Quidam heraclion accipiunt genus id quod mentione proxima descripsimus.

Alij norunt folio magno & amplo, ut quoquo versus tres palmos perficiat, radice

digitali, lenta, gustu subamara, odoratu syncerum thus redolens, qua pota ad-
 dito vituli marini coagulo volunt comitiales sanari: tormina ex passo discuti,
 & vulneribus aridis opitulari. Panaces chironium hoc & ab inuentore nomen
 retinet, cui folium rumicis Theophrastus & Plinius reddunt, maius tamen, hirs-
 futius, radice parua. Nascitur pinguibus, flore ad supradicta efficaci. Dioscori-
 des chironio folium amaraci reddit, florem aureum, radicem gracilem nec pro-
 fundam, gustantibus acrem. In Pelio monte laudatissimum asserit nasci. Valet
 radix contra serpētes potu, coma vero illitu. Ligusticum aliqui panaceā ap-
 pellarūt, in Liguria copiosum. In Apennino monte Alpibus finitimo nascitur,
 vnde nomen indigenæ panaces vocant, non sine ratione, quoniam radice, cau-
 léque, præterea effectu, Heracleoticum panaces referat. Prouenit in altissimis
 & asperrimis montium: item in opacis, præsertim vbi sint rigua, tenui caulicu-
 lo, qualem & in anetho conspiciamus, genicula habente & folia fertæ Campa-
 nicæ, odorata tenerioraque, prope cacumen graciliora, & multo magis diuisa.
 Muscarium summitatem obsidet, in quo semen nigrum pendet, farctum, ob-
 longum, figura fœniculi, sapore acri, odoratōque, radice Heracleotici panacis
 alba, beneolente. sed id syluestre est. Seritur etiam in Liguria suæ montibus.
 Vbiq; suauius satium, sed sine viribus. Crateuas apud Græcos eo nomine cuni-
 lam bubulam intelligit falso, cæteri fere cunilaginem. Galenus vnus inuersione
 literæ libysticum appellat, quod ferè nomen officinis remansit. Nanq; folio est
 meliloti, sed molliore, odoratōq; caule geniculato, muscario anethi, in quo se-
 men atrum, fœniculi non dissimile, radice candida, Heracleotici panacis effigie,
 atq; adeo natura. Hæc eadem esset cum ea quam officinæ *leuisticum* dicunt, si fo-
 lium angustius haberet, radicem foris atram, intus candidam, cætero simillima
 est vel natura. Semini & radici vis inest calfactoria, apta concoctionibus. Inter-
 nos dolores leuat. Inflationes quibus stomachus turgeat discutit. Cōtra serpen-
 tium ictus datur. Vrinæ & menses potu trahit. Idem præstat radix vel appositu.
 Eadem cum semine oxyporis & suppurantibus miscetur. Stomacho quidē inter-
 præcipua vtile est, quare ab incolis additur ad obsonia piperis modo. Cōuulsio-
 nibus & in flationibus prodest. Adulteratur grano persimili, sed quod sapore de-
 prehēditur, amarum enim id est. Alij mutare solent fœniculi semine aut seseli.

¶ *Pastinaca.*

Cap. XLI.



Pastinaca cartilaginei est generis. Satiua in cibum, vtilis esse in-
 cipit annicula. Bima vtilior, gratior autumnō, patinisq; maxi-
 mé. Ex ijs vnum genus agreste, sponte prouenit, staphylinos
 græcè dicitur, Diocli tantum astaphylinos. Alterum seritur ra-
 dice vel semine, primo vere, vel autumnō: vt Hygino placet,
 Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quàm altissime
 reffosso. Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatū cibus sed medicinæ vti-
 le est. Et alterū genus in eadem similitudine pastinacæ, quā nostri *gallicam* vocāt,
 Græci vero daucon. Agrestis pastinaca & eiusdē nominis edomita, quam Græci
 staphylinon vocant, fauorum ceras vberant. Ea circa Calendas Septembris vel
 ante Martias Februario seritur. Conualescit alte pastinato & stercoreato solo: sed
 quàm rarissime ponenda est, vt maiora capiat incrementa. Semine ponetur &

plantis, loco pingui, soluto, altius passinato. Raram statues vt robur accipiat. Pastinaca folium habet gingidij, latius, subamarum. Caulis ei rectus & scaber, umbella anethi, in qua flores insunt candidi. & in medio exiguum quiddam cernitur colore purpureo, fere ad croceum accedente. Radix ei pollicem crassa, palmum longa, iucundi odoris, esculentâq; si coquatur. Duorum apud nos generum, fatiuae & suae spontis. Illa vulgo nota *carotæ* nomine, prædulci radice, odorata, rufa, vel interdum purpurea, quam cum farina & oleo frigunt ad mensarum vsus: aut coctam in aceto, & oleo mandunt. Spontanea quam erraticam cognominant, Galli peculiariter appellant pastinacam, folio gingidij, latiusculo, caule recto, scabro, quem anethi umbella summatim opacat, floribus referata candidis, aliquot in medio radiorum axe purpureis, radice digiti crassitudine, odorata, quæ cocta manditur. Silens flos quàm tenerrimus pastinacæ agrestis vel fatiuae. Cum cauliculis conditur ac commodè seruator, si duas aceti partes & vnam duræ muriæ miscueris: sed radix sale conspersa biduo sub umbra dum confudet, reponitur, aut superfusa dura muria lauatur, & imposito pondere exprimitur, dein fictili conditur, & ius quod est mistum duabus partibus aceti, & vna muriæ infunditur, spissamentumque fœniculi, vt radices deprimat, imponitur, ita vt ius ad summum fidelis labrum perueniat. Radix fatiuae minus rapo nutrit. Agrestem siue erraticam non nisi multum diuq; coctam sumi Galenus monet. Duodecim cubitorum, vt fertur, in Mauritania proceritas caulis, crassitudo palmorum quaternum. Pastinacæ, vt placet Diphilo, vis inest acris, abundè nutrit, stomacho mediocri modo confert, aluum ciet, flatus creat, ægrè coquitur, pellit vrinam, venerem stimulat, & propterea phyltron aliquibus appellatur. Pastinacæ omni calens est natura. Eius semen potum appositumque vuluis purgationes fœminis restituit, difficili vrinæ prodest, hydropi pleuritidique bibitur, serpentium plagis iniicitur. Negantur lædi qui antè gustauerint. Conceptus adiuuat. Pellit & radix vrinas, venerem stimulat, apposita partus extrahit. Phagedænas vlcerum sistit. Aptior cibo fatiua syluestris, efficacius omnia præstat. Eius quàm pastinacam vocant erraticam, semen contritum & in vino potum tumentem aluum & suffocationes mulierum dolorisque lenit instantum vt vulvas corrigat. Illitum è passo ventri earum prodest: viris vero cum portione panis aqua tritum ex vino potum contra ventris dolores. Ciet vrinam, phagedænas vlcerum cohibet cum melle impositum, vel aridæ radice insparsa farina. Aliqui contra iocineris ac lienis, ilium, lumborum, & renum vitia ex aqua mulsa dari iubet. Cleopantus dysenterijs veteribus dedit, Phylition coctæ radice vncias quatuor ad stranguriam. ex aqua hydropicis similiter & opisthotonicis, pleuriticis & comitialibus. Habentes eam ferri à serpentibus negantur, aut qui antè gustauerint non lædi. Percussis imponitur cum axungia. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortassis quoniam venerem stimulari hoc cibo certum est, ideoque conceptus adiuuare aliqui prodiderunt. Semen fatiuae contra scorpionum ictus ex vino vel posca salutare. Radice eius circumscalpti dentes dolore liberantur. Efficacior syluestris magisq; in petrosis nata.

¶ Sefeli Massiliense, Aethiopicum, Creticum. Cap. XLII.



Sefeli Massiliense foliū gerit fœniculi, crassius duntaxat. Semen quoq; callosius obtinet & habitius, caput anethi, & in eo granū oblongum angulosūmq;, & cum estur acre. Radix longa, grati odoris. Id apud nos frequens inuenitur, multo dissidente nomēclatura, quā ei & nostrates officinæ, & herbarij, ne eis ignotum crederetur, *maioris saxifragiæ* vocabulo donarunt. Nanq; folia fœniculi habet, crassiora tantum, caulem vegetiorem, vmbellam anethi, in qua semen oblongum, angulosum, degustanti acre. radix longa est, iucundi odoris. Huic tota Dioscoridis deliniatio, nulla prorsus reclamāte nota, suffragatur. ideo saxifragiam maiorem quam ostendunt, esse Massiliense sefeli non ibit inficias, qui picturas earum inter se contulerit. Sefeli Massiliense optimum lato grano & fuluo, quo vultures vescantur. Parituræ ceruæ sefeli monstrauere, nam ante partum purgantur herba quadam quæ sefelis dicitur, faciliore ita vtentes vtero. A partu etiam duas habent herbas, quæ aros & sefelis appellantur. Sefeli & fili dicitur, & feli apud Hippocratem, vnde orta cōfusio filer pro sefeli vocantium. Arborefcit porrò filer vt baculos ex eo rustici quoq; faciunt, in aquaticis nascens, molle filer à Poeta dictum. Refugiunt hoc serpētes. Sefeli frutex aquaticus non est. quod quidam distinguere putantes, non filer, sed montanum filer appellauerūt, id quod Massiliense est sefeli. Nostri vt arbitror herbarij, quòd plerunque medijs è saxi in montibus erumpit satis procero caule, *saxifragam* ideo *maiores* nominauere: quāuis sæpius apud nos inueniatur in pratis, vt quod deturbet à renibus vel frangat calculos, ita vt à natalibus potius quàm ab effectu nomen deflexisse videantur, quanuis etiam confringendis comminuendis que lapillis vtantur. Radix & semen excalfaciunt. Stranguriæ, orthopnœæ, suffocationibus mulierum, comitialibus medentur. menses partusque trahunt. Interaneis omnibus prosunt, & contra veterem tussim. Ipsum semen in vino haustum concoctionibus confert, discutit tormina, horrores febrium, quas vocant epialas, coercet. Per niuem ituris bibere contra perfrictiones id cum pipere præcipiunt. Datur ad iuuandos caprarum & cæterarū quadrupedum partus. Sefeli Aethiopicum folio est hederaceo sed minore, in longitudinem porrecto periclymeni modo, frutex alioqui magnus, sarmentis bicubitalibus, in eoque dodrantes rami, capitula vt anethum, semen tritici modo densum, nigrum, amarum, acrius & odoratus quàm Massiliense, perquam suaue est. Sefeli Aethiopico secunda dignitas. Hoc nigrius est. In nostro orbe nasci tradunt sed frustra, officinis ac medicis incognitum. Ad eadem ad quæ Massiliense pollet. Peloponnesiacum sefeli in Peloponneso gignitur, folijs cicutæ, sed latioribus & crassioribus, Massiliense excedens amplitudine caulis, quem ferulaceum continet. Summum eius lata vmbella occupat, semen complexa odoratum, latius, carnosius. Prouenit in locis asperis, riguis collibus, insulis. Valet ad eadem quæ supradicta genera tordilion, quod & Creticum sefeli cognominant. Nascitur in Cilicia monte Amano, herbula fruticosa, seminis rotundi, geminatique, forma clypeolari, gustu subaspero, bene olentis. Elicit potu menses vrinamque. Succo cauliculi seminisque virentis hausto ternis obolis, diebus decem in passo renes

sanantur. Efficacior vis etiamnum radici. Hæc cum melle linctæ excreationes pectoris cit. Tortilen aliqui semen felis esse dixerunt, alij herbam per se, quam & syreon vocauerunt, de qua nihil aliud proditum inuenisse fatetur Plinius, quam quod in montibus nascitur: cõbustam ciere menses, excreationesq; pectoris efficaciore etiam radice: succo ternis obolis hausto, renes sanari: addi radicem eius in malagmata. Paulus non tordylion sed gordylion appellauit.

¶ Sison. Anisum. Caros. Anethum.

Cap. XLIII.



10 Ison semen exiguum in Syria nascitur apio simile, obnigrum & molliter longum, feruentis naturæ. Bibitur ad lienem & vrinæ difficultates & mensium cõtinentiam. Utitur eo indigenæ condimentis addentes in cucurbitulas coctas, ex acetóque deuorantes. Granula cacuminibus assident frequentia. Sison siue finon & fenon Hippocrati quaternis cõstare ramulis inuenio.

Anisum Latinis, Græcis, & Gallis hoc nomine cognitum, caule, folio, flore, 15 muscario fœniculo par, nisi quod multo minus est, vnde medicorum vulgus Romanum fœniculum appellat. Anisum culinæ gignitur crudum, decoctum, virens, aridum, panis etiam crustis inferioribus subditum. Saccis quoq; laudatur additum cum amaris nucibus, vt vina commedet. Anicetum & hoc vocatur, anethi modo quoniam appetentiam præstet ciborum. Aegyptium ligustici vicem præbet in condimentis. Efficacius semper recens & nigerrimum, stomacho tamen 20 inutile præterquam inflato. Omnibus tamen quæ condiuntur quæq; intinguntur desideratum, inter pauca probatur. Semen odoratum friabile, subamarum, acre. Calfacit & ficit abscessu vt volunt tertio. Ipsum oris halitum iucundiorē facit. Fœtorem tollit manducatum matutinis cum smyrneo & melle exiguo, mox 25 vino collutum. Vultum iuniorem præstat. Insomnia leuat suspensum in puluino vt dormientes olfaciant. Dolores capitis leuat suffitum naribus. Hydropicis & cœliacis semen dant tritum cum mentha. Bibendum quoq; parturientibus cum anetho. Phreniticis illinunt recēs cum polenta, sic & infantibus comitialē vitium aut cõtrações sentientibus. Pythagoras corripit comitiali morbo negat in manu tenentes, ideo quàm plurimū domi ferendum. Addit parere facilius olfactantes, & statim à partu dandum potui cum polenta aspersa. Semine eius potio lassitudinis 30 auxilium viatoribus sponponderunt, eamq; reficere decoctum in oleo addito nitro. Ad inflationes stomachi semen tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dederunt: similiter ad ventris aut intestinorum distentiones. Lenit articulares morbos cum amaris nucibus illitum. Vrinam ciet, venerem stimulat, sitim cohibet, cum vino sudorem leniter præstat, vestes quoq; à tineis defendit. Orthopnoicis quod seminis ternis digitis quis prehenderit, tãtundem hyosciami datur cum asinino lacte. Strangulationes vuluæ si manducetur vel bibatur cū aceto & melle sedat. Vertigines à partu cum semine cucumeris & lini pari mensura 40 triū digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Auribus infunditur cum rosaceo. Narium carnes consumit illitum ex aqua. Magnas fluxiones sistit per se tritum cum polenta. Valet ad detrahenda siqua oculis inciderunt. Thoracis pituitas purgat tostum, & cum melle sumptū melius. Præcipuum est ad ructus, ideo inflationibus stomachi, intestinorum torminibus, & cœliacis medetur. Singultus

olfactu, decoctū & potum inhibet. Folij decoctis digerit cruditates. Cum apio
 succus decocto olfactus sternutamenta cohibet. Potum somnum concitat, calcu-
 los pellit, vomitiones sedat, præcordiorum tumores discutit, pectorum vitij, &
 neruis, quibus succinctum est corpus vtilissimū. Prodest capitis doloribus instil-
 lari succum cum oleo. Non aliud vtilius ventri, & intestinis putant: ideo dysen-
 tericis & tenesmis datur tostum. Sunt qui aspidum venenis aduersari naturā eius
 existiment. Epiphoris oculorum tusam radicem imposuere. Dioscorides probat
 recens adultum, non furfurosum, odore præstans. Præfert Creticum, proximè
 Aegyptium. Cōdire cucurbitas coctas ex aceto tradit ijs auxiliari quibus ægre
 lotium it: præcipuas eius vires in calfaciendo sitas esse: oris halitum commenda-
 re & gratiorem efficere: dolores finire: sitim hydropicis extinguere: discutiendi
 naturam possidere: contra aculeatos ictus animalium bibi: inflationibus resiste-
 re: ventrem albāque foeminarum profluvia compescere: abundātiā lactis præ-
 stare: venerem irritare: capitis dolores mulcere suffitu naribus raptō: auribus fra-
 ctis infundi cum rosaceo. Caros, arbitror hoc esse quod Plinius carium siue ca-
 reum gentis suæ cognomento dixit appellatum, ab aliquibus careosemen & ca-
 roum, omnibus officinis & herbarijs tātum paterno casu cognitum, carui enim
 omnes ore vno vocitant. Culinis præcipuum. In quacunq; terra ferendum ra-
 tione qua olus atrum. Laudatissimum in Caria, proximū Phrygia. Innocentiore
 cari radicem quā pastinacæ Galenus adfirmat. Caron Athenæus pastinacam
 maiorem esse putat, & multo præstatiorem sapore quā vulgarem pastinacam,
 Magna inquit caron (quanuis in eo mendose carton legatur) & procerior est
 pastinaca, succosior communi staphylino, & vt Diphilus narratum reliquit, ei
 natura calentior. Stomachū roborat, vehementius vrinas pellit, facile digeritur
 in corpus. Vis ei vrinas mouendi, calfaciendique, stomacho facile, gustu iucūdo,
 cōcoctionibus vtile. Antidotis & oxyporis inseritur, effectu anisi. Radix eius co-
 cta quēadmodum pastinacæ in cibos admittitur. Est & radix cara de qua in re-
 bus à Cæsare gestis mentionem facit Hirtius. Hac lacti admista multum leuasse
 dicitur inopiam, similitudine repræsentata panis. Anethū sesquicubitali pro-
 ceritate confurgit, multicaule, ramosum, exilitate folij in staminis pene modum
 extenuata, luteolo flosculo, femine lato & quasi foliato, radice lignosa, neque a-
 deo prolixa, neq; multis subnixa fibris, umbella foeniculi, cui cognatū genus vi-
 deri potest. Nomen in officinis retinet. Interdum & sponte, foeniculi modo, pro-
 uenit. In hortis quoq; feritur, in condimentorū vsu magnopere quæsitū. Corona
 bātur hoc recenti in cōuiuio atq; rosido ad conciliandum, vt Galeno videtur,
 somnum. Anethum ructus mouet, tormina sedat, aluum sistit. Epiphoris radices
 illinūtur ex aqua vel vino. Singultus cohibet. Semen feruens olfactū, sumptū ex
 aqua mitigat cruditates. Cinis eius vuam in faucibus leuat, oculos & genituram
 hebetat. Sapore est grato, excalfacit. Vrinam euocat, stomachum cōcoctionesq;
 adiuuat. Additur in antidota & oxypora, simili aniso natura. Cocta pastinacæ
 modo radix in cibos recipitur. Arefacti aut seminis decoctum si bibatur lac ex-
 trahit, tormina, inflationesq; discutit, aluum vomitionesq; coërcet, ructus ciet,
 singultus cohibet. Cibo frequenti oculos hebetat, genituram extinguit. Succus
 decocti locosis mulieribus ad insidendum perquā vtilis. Crematum semen il-
 linentibus condylomata tollit.

Cuminum. Cuminum sylvestre.

Cap. XLIIII.



Cuminum Latini iuxta & Galli, rura nostra *comin* appellant, vni-
 caule, frequentibus ramulis brachiatum, folio penè fœniculi, se-
 mine copioso & canaliculato, radice subrotunda quasi bulbosa.
 Cumino, vt Theophrastus est author, semen nudum, angustū,
 canaliculatum, facile frumenti modo inarescēs. vbi planè acre-
 uit, defluum atq; lubricum procidit. Nascitur in summa tellure
 vix hærens, & in sublime tendens, in putribus & calidis maximè locis. Medio se-
 rendum vere. Inter olera maxime fruticat, omnium fœcūdissimum. Cum male-
 dictis & probris serendum præcipiunt, quo lætius ac copiosius proueniat. Satum
 pascitur terra addacta, & qui serunt precantur ne exeat. Imber succendens eius
 statim sationi plurimum officit. In Carpētania maxime laudatur, alioquin Ae-
 thiopico Africóq; palma. Quidam huic Aegyptium prætulere. Hippocrates in
 segetibus, inquit, triticeis, præsertim in Aegypto, nascitur. Semen Aethiopico si-
 mile cumino, vehementis acrimoniæ. Ad cōceptus fœminarū vtile, si vuluis im-
 ponatur. Ego cuminum Aegyptium arbitror esse. Basilicum, & Aethiopicū apud
 Hippocratem pleriq; interpretantur ammi. Cumino morbi scabies & falsilago,
 quibus affectum perit. Enecatur ab imo dorso nisi repurgetur. Est autē vnicale
 radice bulbo simili, non nisi solo gracili nascens. Subnascitur eidem quod Theo-
 phrastus hēmodoron vocat, singulari caule, nec lōgè dissimili, multo tamen bre-
 uiore, & capitis instar quidpiam in summo gerēte, radice subrotunda. Condimē-
 torū omnium fastidijs cuminum amicissimum. In satiuo magnus vsus, stomachi
 præcipuè remedijs. Pituitas & inflationes digerit, tritūmq; cum pane sumptum
 vel potum ex aqua vinóq; tormina & dolores intestinorum discutit: verūtamen
 omne pallorem bibentibus gignit. Narium sanguinem pastillis inditum, vel ex
 aceto recēs, sistit. Oculorum epiphoris per se impositum, tumētibus cum mel-
 le prodest. Infantibus imponi in ventre satis est. Morbo regio in vino albo à bal-
 neis datur. Ad iocineris vitia tostū in aceto tritum datur: item ad vertigines. Iis
 quos aciore vi vrina mordeat, in dulci vino tritum: ad vuluarum vitia imposi-
 tis in vellere folijs. Testium tumoribus tostum, tritūmq; cum melle rosaceo &
 cera imponitur. Aethiopicum arquatis maximè in posca illinunt. Africano pri-
 uatim incontinentiam vrinæ cohiberi putant. Satiuum sapore cibos cōmendat,
 præcipuè Aethiopicū, quod Hippocrates regiū appellauit: sequens locus Aegy-
 ptio datur, tertius vulgari. Nascitur in Galatia & Asia & Cilicia & Terentia, plu-
 ribusque alijs regionibus. Vsus excalfacere, astringere, siccare. Decoctum subter
 inditum ex oleo inflationes & tormina discutit. Item cum farina hordeacea illi-
 tum orthopnoicis datur in posca. Serpentiū ictibus resistit in vino. Testium epi-
 phoris cum vua passa & farina lolij aut cera impositum medetur. Profluvia fœ-
 minarum sistit. Ruētem naribus sanguinē pastillis collectum & inditum cohibet.
 Colorem bibentium & illinentium mutat in pallorem. Nascitur & cuminum
 spōte quod Romanis modo agreste, modo syluaticum dicitur, frutice modico,
 caule palmū alto, prætenui, quaternis quinīve folijs, veluti ferratis, gingidij di-
 uisura. Capitula in cacuminibus quina senave sustinet, rotunda, mollia, paleaceū
 semen complexa, quod gustāti acrius satiuo est. Gigni solet in collibus. Efficacius

prouenit in Galatia & Lycia & Hispania versus Carthaginem. Hoc rusticū, alij Thebaicum dicunt. nanque caule adolefcit in aruis semipedem alto, prætenui, atro flore, quaternis ac quinis folijs veluti crenatis, paulo pluribus, capitellis rotundis, in quibus semen flori cōcolor, mordacius fatiuo, & ad omnia efficacius. Prodest torminibus semen & inflationibus potū ex aqua, singultibus cum aceto. Constat & naturam eius venenis animalium aduersari. Valet ad humores qui in stomacho coierunt commanducatum. Illinitur sugillatis cum melle, & vua passa: eodēmq; modo & testibus inflammatis opponitur. Si tritum ex aqua potetur in dolore stomachi prodest. Ad scorpiones & scolopendras, ad serpentes ex oleo perquā efficacax. Sistit vomitiones nauſeāsque cum vino quantum apprehenderit tres digiti. Propter colum quoque bibitur. Strangulationes vuluæ in vino potum aperit tribus drachmis in tribus cyathis vini. Auribus instillatur ad sonitum & tinnitus cum seuo vitulino vel melle. Sugillatis illinitur cū melle, vua passa, & aceto: lentigini nigræ ex aceto. Est & genus alterū cumini syluestris proximum fatiuo, ex cuius singulis floribus cornicula emittuntur in sublime exerta, quibus semen figura gith includitur. Ad eam satis accedere videtur quam rura cornuetā appellant, ideo quod è singulis floribus exeāt cornicula sursum spectātia. Herba in fegetibus inuenitur, caule singulari, ramoso, folio propè fœniculi, semine gith in corniculata siliquula concluso. Præstantissimo remedio in serpentium morſu datur bibendum, aut ijs quos excruciant calculi, aut vrina acriore vi vel licet: item ijs qui sanguinem concretum per vrinam reddunt, ita vt apij semen feruefactum continuo post bibatur.

¶ Ammi. Coriandrum. Hieracia maior & minor.

Cap. XLV.



Ammi, quod Romanis cuminum Alexandrinū dicitur. Quidam Aethiopicum cuminum id esse putant, alij regium cuminū appellant, plerique alterius naturæ in totum existimant Aethiopicum cuminum ab eo quod vocatur ammi. Notum officinis omnibus semen, ameos nomine, exilius multo quā cuminum, gustūsq; origani. Hippocrates regium appellauit, videlicet quia efficacius in Aegypto iudicat, vulgari in totum simile, nisi quod semine exiliore est, & candidiore, gustu subamaro acerbōque. Optimum quod purissimum, & sine fufuribus. Huic calfaciendi & siccandi vis data. Similis quoq; huic vsus, nam & panibus Alexandrinis subigitur, & cum alimentis interponitur. Inflationes & tormina discutit, vrinam & mēstrua ciet, sugillata & oculorum epiphoras mitigat. Colorem quoq; bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum vua passa, aut refina, vuluas purgat. Tradunt facilius cōcipere eas, quæ odorentur id per coitum. Scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus leuat, priuatim cerestarum, cum pari portione myrrhæ. Vrinæ difficultates lenit. Cruciatum emendat, qui vesicam lotiūmq; stringit. Sugillata reddit colori cum melle, sed pallorem eo vtentibus gignit. Serpentium venenis resistit in vino potum.

Corianon seu corion vulgo coriandrum appellatur, caule exili, sesquicubitali, ramoso, folio adianti, rotundo capite, cicutæ odore graui, semine rotundo, nudōque, radice lignosa, breui, neque adeo fibrosa. Seritur Maio, rursus alio comitatu æquinoctio autumnī. Prouentu contumax scribitur à Theophrasto, quippe

si nouum sit nasci recuset, nisi conuoluatur. Ex veteri semine celerius exit. Inter
 syluestria coriandrum non inuenitur, radice breuiuscula nec admodum fibrata,
 caulibus ramisque multis, nudo semine ac firmo & diutino. Sub Canis ortū pal-
 lescit. Xenocrates tradit menstrua contineri vno die si vnum granū biberint fœ-
 5 minæ, biduo si duo, & totidem diebus quot grana sumpserint. Marcus Varro co-
 riandro subtrito cum aceto carnem incorruptā æstate seruari putat. Vis magna
 ad refrigerandos ardores viridi. Seminis tria grana in tertianis deuorari iubent,
 aliqui ante accessionem, vel plura illini fronti. Sunt qui ante solis ortum ceruica-
 libus subijci efficaciter existimant. Vlcera quæ serpunt sanat cum melle, vel vua
 10 passa: item testes, ambusta, carbunculos, aures cum lacte mulieris, epiphoras ocu-
 lorum, ventris & intestinorum fluxiones semen cum aqua. Bibitur & in cholera.
 Pellit animalia interaneorum, cum mali punici succo & oleo potū. Omnes tumo-
 res, collectiones, cum melle & vua passa discutit, panos vero ex aceto tritū. Vul-
 neribus medetur. Valet contra serpentium genus vnum quod amphibænā vo-
 15 cant potum impositūque. Præcipuum esse constat Aegyptium. Ei refrigerato-
 riam vim assignauit Dioscorides, quare illitum cum pane & polenta ignibus fa-
 cris & quæ serpūt vlceribus medetur. Cum melle vero & vua passa epinyctidas,
 epiphoras testium, & carbunculos sanat. Cum lomento seu faba fracta discutit
 strumas & panos. Semen in passo potum animalia ventris abigit: genituram au-
 20 get, sed largius mentem commouet magno discrimine, quapropter custodiri
 modum oportet, & frequentem caueri vsus eius. Succo vis magna cum cerussa
 vel argenti spuma, & aceto ac rosaceo illinentibus ad refrigerandas ardentes in-
 cute collectiones. Hieracia maior caulem habet modice rubentem, scabrum,
 inanem, folia ex interuallis scissa per ambitum more sonchi, flores in capitulis
 25 longiusculis luteos. Hæc nusquam non in pratis emicat, rura nostra *luteam* appel-
 lant *cichoream* aut *croceam*, quod facie tota, præterquam flore, qui luteus conspici-
 tur, eam æmulatur. nanque caulem emittit asperum, subrubrum, spinulis horre-
 tem, intus cauum, folia ex interuallis rariuscule laciniata per ambitum, flores in
 oblongis capitulis luteos. Hieraciam Græci vocant, quoniam accipitres scalpen-
 30 do eam, succoque oculos tingendo obscuritatem cum sensere discutiant. Suc-
 cus ei candidus. Carpitur per messes inciso caule. Conditur fictili nouo ad multa
 præclarus. Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum. Arcet nubeculas,
 cicatrices, adustionesque omnes, præcipuè caligines. Imponitur etiam oculis cum
 lana contra epiphoras. Item succus aluum purgat in posca potus ad duos obo-
 35 los. Serpentium ictibus medetur in vino sumptus, & folia tosta, thyrsi que triti ex
 aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maxime contra scorpionum ictus: verū con-
 tra phalangia commisto vino ex aceto. Alijs quoque venenis resistunt exceptis
 quæ strangulando necant, aut ijs quæ vesicæ nocēt. Imponuntur & vëtri ex mel-
 le & aceto ad detrahenda alui vitia. Vrinæ difficultates succus emēdat. Crateias
 40 enim & hydropicis obolis duobus in aceto & cyatho vini dari iubet. Dioscorides
 ei vim refrigerantem modicęque substringentem assignat. Ardoribus stomachi
 & inflationibus illita prodest. Rosiones etiam in eodem viscere mitigat sorbitio-
 ne succi. Herba ipsa cum radice ictibus scorpionum imponitur. Hieraciæ mino-
 ri folia in sunt eodem modo per orā fimbriata, ex interuallis prodeuntia, caulicu-
 45 li teneri, & coloris herbacei, flores lutei, circumscribentes orbem. Hanc *intubum*

syluestre appellant rustici. nam folia ex interuallis habet diuisa, cauliculos teneros, virentes, in quibus flores lutei circinantes orbem emicant, cui vires eadem omnino quæ alteri tribuuntur. Horus succo palpebras reglutinabat. Aëtius incommo- dantes genarum pilos correxerit.

¶ *Apium.*

Cap. XLVI.



Apium Græcis selium, vulgo *perfilum* dicitur, hortensis herba sæpe cubitalem æquat altitudinem, caule concauo, tenuiter striato, rotundo, multisque ramulis brachiato, folijs tripartito dissectis & leniter crispis, oras leniusculè laciniatis, flosculo cæcidulo, & quominutiorem haud temere reperias, nudo semine, radice singulari, suauiter olente. Durat biennio, perpetuèque viret fronde. A bi-
 matu fructificat, germinat è latere. Octobri mense defigitur Theophrasto, verum ex veteri semine celerius exit. Quinquagesimo à fatu die, quadragesimo cum ocy-
 sine emergit, omniumque difficillimè nascitur. quippe celerrimum eius prouentum quadragesimo tradiderunt die. Apium feri præcipiunt in lacunis colligatum, ut
 amplius adolescat, paxillo quoque cauerna facta, ac fimo ingesto. & cum transfer-
 tur palum tantæ crassitudinis adigi iubent, quantæ ipsum fieri voluerint. Sæpius
 parit apium, semelque satum pluribus annis restibili fertilitate prouenit. Ab æqui-
 noctio verno feritur, semine paulum in pila pulsato, crispus sic putant fieri, aut si
 fatum calcetur cylindro pedibusve. Proprium ei quod colorem mutat. Honos
 ipsi in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Nihil ingruente æsta-
 te debet obrui, nisi semen apij, si tamè rigaturus es, sic enim optimè per æstatem
 prouenit. Plantis nec minus semine feri potest. Aqua præcipue lætatur, & ideo se-
 cundum fontem commodissimè ponitur. Quod si quis id velit lati folij facere, quan-
 tum seminis possint tres digiti comprehendere, raro linteo illiget, & ita in areolas
 dispositum releget. Si crispæ fondis id fieri maluerit, semen eius inditum pile & salie-
 gneo palo pinsitum, expoliatumque similiter linteolis ligatum obruet. Potest ci-
 tra hanc operam crispum fieri, qualitercunque satum, si cum est natum, incremen-
 tum eius superuoluto cylindro coerceat. Satio eius est optima post Idus Maias
 usque in solstitium, nam teporem desiderat. Tam locis calidis, quam frigidis se-
 ri potest, dummodo iugis adsit humor, cuius rigatu facilius animetur. quauis
 etiam in siccitate nasci non deneget. Longè maius apium fieri tradunt Græci, si
 quantum tribus digitis comprehendere potest, linteolo clausuris rariore, oblitumque
 fimo breui fossa obrueris. sic germen capitis vnus soliditate nec tetur. Longe ma-
 ximum nascetur, si ablaqueata radice scrobiculum paleis impletum rigaueris. Si
 in fabis caprini fimi singulis apij semina inclusa serantur, mirè prouenient. Cris-
 spum fieri ijdem tradunt, si semina ante tudentur, vel supra nascetes areas ali-
 qua pondera volutentur, aut pedibus proculcentur enata. Apij semina vetustio-
 ra citius nascuntur, quæ nouella sunt serius. Apud eruditos non aliud erutum ter-
 ra in maiore sententiarum autoritate est. Distinguitur sexu, foemina ut sit cris-
 prioribus folijs atque duris, crasso caule, sapore acri & feruido: mas folijs nigri-
 oribus, breuioris radice, vermiculos gignens. Neutrum ad cibos admittebant, ne-
 phastum existimantes, quoniã defunctorum epulis feralibus dicatum, & ut Plus-
 tarchus est author, coronentur apio sepulchra. Vnde vetus illud, Indigere apio,